



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

Quæst. I. An præfinitiones prædeterminatiuæ actionum voluntatis creatæ
per sacram liceant scripturam?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94274](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94274)

QVÆSTIO I.

An præfinitiones prædeterminatiuæ actionum voluntatis creatæ per sacram liceant scripturam?

PRIMA, præcipua, & propriissima Catholice nostræ Theologiæ principia scripturæ sacræ testimonia sunt: quare in Theologicis disputationibus (præsertim grauius, & quæ ad fidei nostræ dogmata videntur concernere (stabilitenda spectant) rigidum eorum examen primo loco habendum est, idcirco grauiissimam disputationem, & dogmata fidei humanorum actuum libertatem concernentem, ab exacto, ac rigido testimoniorum sacræ scripturæ examine, non perfunctorio quidem, sed ex insinuatâ tota integra, iustaque questione habendo, merito inchoamus: præmissa tamen præfinitionum doctrina, & ipsorum in eis asserendis convenientia.

CERTAMEN I.

Asserentium præfinitiones convenientia quæ est, esseque debet.

I. Diximus: in his præfinitionibus, & voluntatibus Dei efficacibus de absoluta contingentis futuritione antecedenter connexis cum ipso, & omnino independentem ab vñ libertatis à Deo conceptis, & habitis Thomistas recentiores omnes Dominicanos, & alios, qui ex eorum schola amant censeri, vñanimes convenire: & si eorum etiam Doctores doctrinam hanc vniuersim non admittant: quia præfinitiones ad materiale peccati aliunde; quam è libertatis nostræ læsione (quæ communis est præfinitionum nostrorum contingentium difficultas) è diuina scilicet bonitatis indecentia magnopere exhorrent, vt videbimus disp. 2. quæst. 1. vbi ex hac parte præfinitiones ad materiale peccati confutabimus, atque inde præfinitiones contingentis cuiusvis vniuersim. Si enim, vel vñum futurum contingens sine sui præfinitione absolute potest in sua futuritione absolute consistere omnia absque vlla sui præfinitione consistere posse euidens est: cum præfinitionum futurorum contingentium fundamenta omnia generalia pro omni futuro contingentis sint: quare in nullo eorum contingentium deficere queant, quin in omnibus, & pro omnibus deficiant, vti ex dicendis in sequentibus quæstionibus clarebit. Quo circa duriores Thomistæ, qui ad omnia contingentia, etiam materiale peccati, suas præfinitiones extendunt, consequentijs alijs eas ad materiale peccati solummodo negantibus, me iudice discuntur: Hi vero longe illis sunt in Deum reuerentiores; sed de hac re, & eorum differentia fuso calamo citata quæst. 1.

2. Ad rem ergo, in qua conveniunt: circa præfinitiones in materia, qua vnusquisque eorum eas admittunt differentia, quæ in medijs, quibus ex his præfinitionibus apponenda absoluta contingentia in executione sunt, inter eorum aliquos intercedit, nullatenus est, esse potest. Etsi enim ex eis nonnulli media necessario prærequisita executiua absolute futuri contingentis præfinitioni auxilium physice ab intrinseco sui efficacis antecedens natura, atque omnino ab vñ nostræ libertatis independentem, seu physicam prædeterminationem voluntatis ad eiuſmodi absolutum contingens, cum coque physice, ac metaphysice connexum designent; Alij vero mitiora alia executionis media sufficere, ac necessario ad executionem futuri absolute contingentis præcedere defendunt; nempe prædeterminationem moralem solum, seu mora-

liter solum efficacis auxilium, moraliterque solummodo cum illo connexum admittant: tamen, cum hi, & medium hoc ex præfinitione illa, & decreto de se se efficacis contingentis absolute necessario provenire defendant, eidem difficultati de læsione physica libertatis creatæ sunt obnoxij: Etsi enim media illa executiua suaviora, physice de se se cum negatione consentus, connexa physice non sint, quare, & sint compossibilia subinde cum physica voluntatis libertate; cum tamen decretum efficacis de se se, atque adeo physice, & metaphysice cum contingentis absolute natura, & ordine causalitatis connexum necessario supponant: supponunt iam antecedentem physicam, & metaphysicam negationis futuri contingentis impossibilitatem omnino independentem ab vñ libertatis: quare eorum suavitatis mediocritas, quæ futuritionis contingentis ferream vadem, & flecti necium illum habet fidei usorem tacendæ libertati nihil prodest: proinde nullo operæ pretio difficultatis è libertate arbitrij contra physicam prædeterminationem peritæ emolliendæ suam doctrinam deserunt: cum in præfinitionibus eidem subiacent. Simili deceptione & contitæ aliquot capiuntur. Qui ob libertatis argumentum auxilia physice efficaciam ab intrinseco, seu physicam prædeterminationem cum Scoto, & suis aucturitatibus obnoxias à reliquis suis deficientes tuerunt.

3. Sed tamen inter Thomistas de loco, in quo præfinitiones istæ ad futuritionem contingentis conditionatam adhibenda sunt, nonnulla est differentia. Etenim Nauaretæ tom. 1. controuer. 56. §. 1. Aluarez d. 7. de auxilijs num. 29. docent præfinitiones hæc cum reliquis absolute prærequisitis ad futuritionem contingentis absolute exequendam in hypothesi ponendas esse docent ad conditionatam futuritionem eiuſdem. Bases vero 1. p. quæst. 23. art. 3. fine §. *Ad motum*, Zúmel ibi quæst. sua 3. fine & 1. 2. quæst. 111. d. 13. ad primum, negant apponendas in hypothesi cum reliquis absolute prærequisitis ad absolutam contingentis futuritionem; sed tam præfinitiones diuinas, quam futura nostra contingentia sub conditione vocationis futura esse; ponique subinde in scientiæ conditionatæ obiecto debere. Alij Thomistæ in vtramque eludicant partem. Nam Cabrera 3. p. quæst. 62. art. 1. d. 13. num. 75. §. 4. & num. 107. Ledesma d. 2. de scientiâ futurorum fine ad argumentum 3. citatis Aluarez, & Nauaretæ consentium, & præfinitiones in hypothesi ad conditionatam contingentem iuxta primum modum contriungunt. Eodem vero Cabrera d. eadem num. 169. & prius ad quæst. 18. att. 4. dub. 9. ad 1. & Ledesma de auxilijs art. 12. ad 1. num. 254. non ex parte conditionis & hypothesi cum vocatione; sed ex parte consentus, seu contingentis conditionati nostri sub hypothesi præfinitiones hæc collocant, iuxta Bases, & Zúmelis modum secundum. Cæterum cum ipsorum doctrina physica voluntatis nostræ ad consentum, aut dissentium contingentem prædeterminatio, siue auxilium efficacis illum antecedens ab eius contingentis præfinitione tanquam ab vnica totali & necessaria causa procedat, nequit ad idem posterius naturæ, pro quo futurum à nobis contingens est, neque in statu absoluto, quare neque in conditionato pertinere; sed necessario in statu absoluto, & præfinitio, & prædeterminatio, seu auxilium efficacis debent ante contingens futurum ac subinde in conditionato debent ad ipsum conditionate futurum ex parte etiam antecedentis in hypothesi supponi: cum verum apud omnes, etiam Thomistas, principium sit: omnia principia necessaria, & prærequisita essentialia ad futurum contingens debere in hypothesi poni supponere ad idem conditionate futurum.

4. Etenim quovis ex prærequisitis sublato siue absolute, siue ex hypothesi consensus ex ipso antecedenti est impossibilis: siquidem, quovis sublato ex necessarijs ex parte principij, si effectus sit, esse potest, id quod ex parte principij defecit, necessarium non esse conueniunt, quod suppositioni contradicit. Si autem sine illo, nec sit, neque esse possit, vt contendimus, in alijs, quæ siue absolute, siue in hypothesi remanent, non manet principium absolute sufficiens. Nam sufficientia causæ dicat absolute potentiam ad ponendam existentiam effectus;

aus; quare, & huius ab illa, & ex illa productionem, & existentiam possibilem: quæ sunt necessario connexa, identitatis connexionem, sicut grammaticalis actio cum passione, ut amare, & amari. Cum igitur in horum principis essentialibus consensu absolute contingentis prædictio hæc fuerit, & eam in hypothese, ut dixi, ad contingentis conditionatam futuritionem præcedere, & apponi nec esse necesse est. Unde, quamquam Deus expositione vocationis, siue post illam, præfinitur esset consensum, & prædeterminare voluntatem ad illum, vocationem ad Dei contingentem decretum conditio, & hypothese sufficiens esset, ut sub conditione foret, quia alterius moriui existentia ad illud decretum contingentis absolute appendendum opus non erat. At verò ad futuritionem nostri contingentis, cum præfinitione, & prædeterminatione opus omnino per aduersarios fit, vocatione sola abique præfinitione nequit sufficientem hypothese constituitur ad eius conditionatam futuritionem; sed alia hypothese ex vocatione, & reliquis, horum sententia necessariis, constituenda necessario est, ut contra hunc secundum modum contendimus. Itaque nisi præfinitiones suas absolutas contingentem futuritionem ad horum absolutam futuritionem meliora, ut æstimo, sapientes, necessario prærequiritas negent, atque ab schola sua nobiliter degenerent, nequeunt non ad eiusdem conditionatam futuritionem illas etiam in hypothese collocare. Nec satis erit in hypothese vocationem ponere, & ad præfinitionem, & alius prærequiritis præcedere. Effectio enim omnis, & pro quovis statu etiam possibilibus principium adequatum, & essentialiter prærequiritum proportionare ad operationis statum positivum constitutum supponit.

¶ Scio aliquot externos, neque ingenij contemnendi, politici, quam Theologicos rationibus Thomistas, prædeterminationes, & præfinitiones à scientia media, ac proinde omnino à libertatis nostre usu independentes defendere, casque ab hypothese excludere. Atque etiam prædeterminationem esse concursum Dei nostro identitatem. Præfinitionem verò, seu decretum concurrendi nostre comitans determinationem voluntatis: cum autem nihil conditio verè, ac non sicut ad seipsum esse possit physicis Dei concursus, seu prædeterminationem nequit in hypothese ad liberam nostram operationem ipsi identitatem, ut conditio apponi. Cum item conditio aliquam conducentiam ad determinationem contingentem, huiusque ab illa dependentiam dicat: quod respectu determinationis liberæ arbitrij nostri committitur solummodo se habet, nullatenusque natura præcedit ab eius determinationis nostre conditionibus, & prærequiritis merito relegatur. Sed in primis hæc omnia schola Thomistæ, quam profitentur omnino aduersantur: & vane vocibus illis præfinitionis consensus, & determinationis arbitrij nostri, necnon prædeterminationis præmonitionis præviæ qualitatis, seu concursus diuini apud eam scholam sacris, isti Recentiores abutuntur. Ea quippe omnia nomina præcedentiam naturæ eorum omnium ad nostri arbitrij determinationem significanc. Sunt ergo aperte, qui eam doctrinam eis vocibus contemunt non veri, & reales, sed nominales Thomistæ. Secundo, si decreta libera Dei per extrinsecam constituant nequeunt antecedentiam naturæ præfinitionis diuine subterfugere. Dei quippe concursus, & cooperatio (quæ realiter formaliter arbitrij nostri determinationem per ipsos est) necessario causalitate præcedit: cum accessit Dei concursus à sua præfinitione. Si autem præcedat, integrum impetum argumentorum de euerfione libertatis, cuius declinandi gratia ea omnia recognoscunt, hi Recentiores excipiunt. Sin autem extrinsecus concursu liberam Dei voluntatem, & præfinitionem, seu potius decretum comitans concurrendi constituantiam è Thomistis ad nostræ scholæ Vasquez, & Valquezos accedunt.

¶ Quæ verò ab eis in neganda dependentia earum præfinitionum à libera arbitrij nostri determinatione, ad huc conditionatam, cuiusque scientia discordant, casu Deum, ac sine vilo prævio consilio determinationem voluntatis suæ præfinitione illa, seu concurrendi decreto nostri arbitrij determinatione liberæ adiungi, casuque, & hunc fortuna vtrunque, & Dei, & nostram liberam

determinationem coniungi, debent fateri. Id autem, et cordati cuiusvis prouidique hominis (necnon summe prudentis, & prouidentissimi Dei) determinatione libera indignum non esset: alius absurdus, & difficultatibus est plenum. Etenim, si casu vtraque determinatio adiungitur, atque vtraque iuxta hanc decreti concurrendi constitutionem per concursum simultaneum, & eundem creaturæ eadem operatio, & concursus est; quæ & Deus, & ipsi determinatur: cum autem ea operatio essentia sua, & à Deo, & à nostra voluntate indissolubiler pendeat, à neutrius voluntate sola poterit apponi, nisi vtrique in eadem determinationem casu concutiat. Hinc autem fiet rursus, ut neuter suæ liberæ determinationis dominus absolute, potensque absolute se liberè determinare esse possit: quandoquidem sine alterius libera determinatione se determinare nequit. Sicuti rei indissolubilis, cuius dominum ex æquo competit duobus, neuter absolute, & insolidum, ut aiunt, absolutus Dominus est: atque ex duobus necessario requisitis ad prægrandem lapidem mouendum, neuter scorsim ad illum mouendum absolutam habet potestatem, quocirca ne eorum alter saltem, quid ex parte sua determinationis in hac, vel illa hypothese alter appositurus sit præuideat, ex eaque scientia suam etiam determinationem comitem adiungat (quod in huiusmodi decreti constitutione difficillimum est, & Recentiores isti fieri expresse negant) neutrius ad se determinandum absoluta potestas subsister, sed alterius determinationi subiecta, atque alligata. Ex quibus constat eam Recentiorum meditationem seruandæ voluntati nostre absolutam determinationis suæ, atque expeditam potestatem, & libertatem adiuentam, non eam solum, sed & diuinam in suæ voluntatis determinationibus absolutam potestatem, & libertatem euertere. Sed de hoc decreto comitante concurrendi, quomodo eumque eius libertas constituitur, & ex quacumque scientia à Deo habeatur solutio calamus erit questus. Nunc enim solum contendeamus (quod satis ostendimus) præfinitiones futuri contingentis ad huius conditionatam futuritionem ex parte hypothese necessario à veris Thomistis omnibus collocari, collocandasque necessario esse, sicuti & ex parte antecedentis natura absoluta ad eius absolutam futuritionem, in horum schola, antecedunt, ut, nimirum, hæc necessaria præfinitionum ad absolutam contingentem futuritionem præcedentia absoluta impugnata ad conditionatam debere ab hypothese reici: quare neque in hypothese positas ad conditionatam scientiam, neque absolute ad contingentis futuritionem absolutam cognoscendam medium materiale esse illas vllatenus posse.

CERTAMEN II.

Non licet præfinitiones Thomistice per scripturam sacram.

1. PRIMUS absolutis præfinitionibus ad futuritionem absolutam nostrorum contingentium confutandis efficax in ipso scripturæ limine locus occurrit nobis Genes. i. ubi scriptum est, *faciamus hominem ad imaginem, & similitudinem nostram, & præfinitur eis maribus, & volatilibus celi, & bestis quibusque terræ, quod ita factum testatur Ecclesiastic. cap. 17. Deus creauit de terra hominem, & secundum imaginem suam fecit illum, & dedit illi potestatem eorum, quæ sunt super terram.* Hanc verò imaginis Dei rationem in homine per arbitrium huius liberum, & plenum suarum actionum dominium, & potestatem indifferentem ad vtrumvis solutam absolutam, neque ad alterum extremum ex oppositis determinatam, & ligatam recognoscunt vniuerses Patres: atqui præfinitio antecedenter altero oppositorum extremo (& idem est prædeterminatione ineluctabiliter ad illud voluntate) soluta, & absoluta eius potestas ad vtrumvis non est: sed pro signo potestatis operandi in actu primo ex anteriori illo præfinitionis necessario antecedenti signo naturæ, & causali-

licitatis determinata, & necessitata, ut sic loquar, ad alterum extremum; & ligata, atque impedita, ne earum alterum oppositum; ergo præhensione Thomistica & hominis libertas, & arbitrii perit, & Dei imago in illo aboleretur. Maior concursus est Patrum doctrina. Irenæus 4. aduers. hæres. cap. 9. *Homo rationalis, & secundum hoc similis Deo liber in arbitrio factus; & sua potestatis, ipse sibi causa est, ut aliquando quidem frumentum (Dei horreo), aliquando autem palea. (gehennæ) fiat, iuxta Luc. cap. 3. & eodem lib. cap. 27. ait. In nobis esse facere & non facere: atque libera sententia esse hominem: sicut libera sententia est Deus, cuius ad similitudinem factus est. Macarius senior t. 2. Biblioth. hom. 15. prope med. *formatus est ad similitudinem Dei: propterea, quod, quemadmodum Deus, sui iuris est, & quod vult, facit. Cyril. Hierosol. sui iuris, & per Dei gratiam habente potestatem facere, quæ vult. Basilus Magn. homil. 10. exhamer. Similiter imaginis rationem formalem in potestate hominis ad libere eligendum, quæ vult, seu (ut longe, ante med. ait: in affluenti rationis copia, quæ exoriente intemperiem vitiosarum affectionum supprimebat, & moderaretur) sitam censet: similitudinem vero per liberam imitationem Dei acquiescendam bono viâ potestatis illius à Deo, & gratiæ ipsi factæ: & concludit. Nunc, quando potentia quidem nos similis Deo fecit largitus potestatem in hoc, ut assimilemur Deo: reliquum erat, ut nos sineret cooperari ipsi gratiæ similitudinis ad Deum nobis potentia prærogata; & post pauca, quo igitur similitudinis huius admirabilis, & solida laus uni mihi cederet, non item alteri (quoad physicam formalem determinationem) penes me esse voluit: & liquet arbitrium, ad Dei, ut possum portingere similitudinem. Eadem distinctione, & sententia eum locum explicuit 6. exhamer. cap. 8. & lib. de dignit. humanæ condit.**

2. Neque ab simili distinctione imaginis, & similitudinis Dei in homine recens creato vltus Philo carpath. in Cant. ad id: *terribilis, ut castrorum acies ordinata* (nisi quod similitudinem per gratiæ dona indita intelligit) in eandem scribit sententiam: *Animæ ad imaginem, & bonitate ad similitudinem creatoris nobilissimo formatus, homo, ac liber, relictusque in manu consilii sui bono sibi maloque apostrophi &c. Greg. Nyssen. orat. de dormientib. longe à med. Homo diuina forma prædixit fuit, & beatus sui potestate, & arbitrio honoratus: sui enim potestatem habere, & alterius dominatui obnoxium non esse proprium diuinæ beatitudinis. Et infra: cum deitate namque comparanda res est propria sui potestati. De anima, & relictæ longe à med. libertas est assimilatio, ac æquatio cum eo: quod dominum non habet, ac sui iuris, & in sua potestate est, quæ libertas ab initio quidem nobis à Deo data est. Damascen. 2. fid. cap. 12. sub init. id ad imaginem intellectualem tendit, & libera voluntatis, arbitriique potestatem. Quo etiam pacto imaginis Dei rationem explicat lib. de prima initiu. c. vi. & toto libro, cui titulus *quid ad imaginem Dei facti sumus*. Ut inde humanæ etiam Christi voluntatis libertatem, & potestatem ad vtrumvis probet Hieronym. epist. 146. prope fin. *Solus Deus est, in quem peccatum non cadit: cetera, cum sint liberi arbitrii (iuxta quod homo ad imaginem, & similitudinem Dei factus est) in vtramque partem possunt suam sceleris voluntatem. Et epist. ad Philemonem, potestate liberi arbitrii ad boni, & mali electionem imaginem & similitudinem Dei homini datam, asseruit. Cui etiam interpretationi & sententiæ consentiunt Tertullian. recitandus. Bernar. serm. 81. in cant. prope med. & de grat. & liber. arbitrii. post med. & lib. de animæ seu de meditationib. humanæ condit. c. 1. Theodor. quest. 20. in Genes. de imag. vers. fin. Ruper. Genes. 1. vbi ait, etiam amissa similitudine Dei (quam in gratia iustificante constituit) per peccatum, imaginem in potestate arbitrii, & facultatem rationis audiendi, & sequendi reuocantem restauratorem in nobis perisistit. Quod adeo verum, & certum à nonnullis Patribus putatur, ut ea potestate absoluta ad vtrumvis, vel subacta, vel non absolute expedita in nobis imaginis rationem penire, atque à nobis aboleri fateantur. Quæ sententia non quidem maiorem solam, quam ipsorum esse diximus, sed integrum argumentum, suum esse testantur.**

3. Nec obscurior est in recitatis testimoniis Patrum, & aliis iam recitandis à num. 4. eundem discursus minor. Fere enim omnia illa rationem imaginis Dei in nobis constituant penes arbitrii nostri potestatem eligendi, agendive, quæ velimus; quæ scilicet nostri iuris, & potestatis simus, sicuti Deus, in voluntatis nostræ liberis operationibus, nulliusque potestatis, & dominio subiectis. Hæc autem omnia cum Thomisticis præhensionibus in arbitrio nostro stare non posse è quiddam conceptu eorum & præhensionum, seu cuiusvis principij necessarii ad operationes irresistibiliter, siue ineluctabiliter à voluntate edendas, constat aperte. Posita siquidem præhensione, similive alio ex parte actus primi, & potentie operandi, non vtiq; nos arbitrio nostro agere possumus, quæ velimus, neque in alterutram partem nostram flectere voluntatem: ea vero subacta cum principium necessarium sit, absolute potestas non est ad operationem præhensam. Item quo modo hæc potestatis, & iuris voluntas nostra vere, & physice erit, si non alter, quam ex alterius præhensione potest operari: quo etiam pacto non ex alterius dominio, à cuius præhensione neque in electione descenderet: aut quomodo in eius potestate est electio agendorum, cum non in eo, sed in alio agendum est præhensio, & determinatio? Atque hæc ut conuincant, sola vocatione, & significationis earum intelligentia opus esse, atque ad Calepinum, aliunde dictionarium remittendos, qui de ea vocatione præhensionis Dei de mea operatione, & potestatis meæ ad illam, vel oppositam pro libito, & ex mea electione agendam. Recte enim Ennodius quest. 3. recitandus: *quare electionem nominet ubi vnam tantum partem agere fuisse concessam? Ergo hæc simul asserere præhensionem, aut quodvis aliud ante vltim electionis à voluntate nostra, alterius appositis, & voluntatis nostræ absolute eligendi potestatem vocationem, vel ignorantia est. Calepino corrigenda, vel voluntatis abusus. Implicat enim terminus: potestas nostra absoluta ad vtrumvis, & ad alterum ex nostra electione appendendum, & præhensio, ac determinatio alterius partis, ad alterius potestatem, & irresistibili à nobis voluntate solutione de sensu composito, & diuiso duplici Thomistarum sensu, aliaque effugia in sequentibus præteritis quest. 3. & 6. ex instituto obstruimus. Nunc autem argumentum ex his Patrum testimoniis pro eiusdem minoris probatione confirmo. Etenim nullus moraliter, & ciuilius (vide ex Patrum locutiones ad physicam arbitrii nostri, & alterutrum agendi, & eligendi potestatem explicandam desumptæ sunt) sui iuris, & potestatis, neque alterius dominio & potestati subiectus dicitur, qui moraliter, & ciuilius ex alterius potestatis, & iuris, seu iurisdictionis præscripto agere necessarius debet: ergo nec physice sui iuris, & potestatis physice in operando absolute, & simpliciter erit, qui non, nisi ex alterius iuris, & potestatis physice præscripto, & præhensione operari physice potest. Confirmatur vltierus ex domino physico absolute sui, suarumque operationum hominibus per arbitrii potestatem attributo à Patribus. Dominium enim ciuile, & iuris, est absoluta potestas vrendi re pro libito sine iniuria alterius independentem à voluntate, & consensu illius: nec, qui alterius consensum, ut re vtiatur exspectare debet illius dominium habet, habere potestatem ceteri: ergo, qui alterius determinatione, & præhensione, ita, ut operetur, physice pendet, ut neque operari, nisi eius de hac operatione ab ipso exspectanda, & elicienda præhensio, & determinatio præcedat, sui suarumque operationum physicum dominium neque habet, neque habere vltierus potest. Hæc pro testimoniis aliis Patrum iam iam, & quest. 3. similitum locutionum expendendis semel hic dicta sint, ne ad legendum tedium per testimonia singula repetantur.*

4. Illis etiam eius loci verbis, *Et præstet piscibus maris, & bestijs vniuersæ terræ, quæ de arbitrii nostri, tam ad boni, quam ad mali electionem, potestatem Petrus Apostolus interpretatur apud Clementem Roman. 1. Recognit. pag. 9. sic factus, sic cuncta præparata sunt ut hominibus, qui habitarent in ea (terra), esset facultas hic omnia pro arbitrio vti: id est, sine ad bonum velint, sine etiam ad mala. Cui Apostoli sententia subscribit idem Clemens lib. 3. de offic. sacerdot. colum. 3.*

& Concil. Nizen, lib. 2. actor, ante decretorum constitutionem ubi cuiusdam Philosophi argumento proposito per Eustachium Episcop. Antioch. ita responderet, *is omnibus (quibus ipse in terra præfideret, & sunt) hominem secundum Præsidem fecit: coque ad Dei imaginem hominem factum ait.* In his verò quibus Deus præfideret humane etiam operationes sunt, Athanas. quæst. 88. & sus. *Sicut in toto mundo Deus Rex est, & Imperator, & præfatem exercet in omnia, &c. sic etiam homo Princeps, & Rex constituitur est super omnes res terrestres: qui libera sua voluntate facit, quod vult, sicut ipse Deus, & hoc est quod dicitur secundum imaginem, Lactan. Firmian. de ira Dei cap. 13. post med. ait: hominis ratione donati (sui nimirum imaginis) Deum omnia imperio subiugasse. Proposuit ei tamen bona, & mala, quia sapientiam dedit, cuius omnis ratio in discernendis malis, ac bonis p. sita est. Non potest enim quisque eligere meliora, & scire quid bonum sit, nisi sciat simul vitare, & vitare quæ mala sunt. Vbi eligendi potestatem circa appollita æstimatione, & iudicio intrinseci, ac dirigi docet. Similiter Euseb. Cæsar. 4. præparat. capite sexto, sub fin. *Idcirco, inquit, quod per rationem ad imaginem Dei fuit factus, Principem, Regemque omnium, quacumque in terra sunt, animalium constituit hominem, eumque liberum, & sua ipsius potestatis dimisit: quæ, & ad boni contrarium ferri possit. Hic vero non bene sua ipsius potestate, &c. Particula & tantumdem, atque etiam valde: quare ea potestatem etiam hominis ad bonum affert: sicut non bono eius potestatis vtu in mali prosecutione; abusus enim potestatis ea prosecutione non efficit, si ad malum solum efficit potestas. Chrysostomus postquam homin. 8. in Genes. imaginis rationem in potestate vendi rebus pro libito, & imperio in omnia declaravit: Inde homin. 9. Potestatem in actus, & affectus nostros ita probat. Leonibus impræsum: & dubium, num mentis ferocitatem in mansuetudinem mutare possit, qui bestis id, quod natura eis inest, auferre, & quod natura eorum adversum, inferre potest: id quod natura tibi præstitit emulare non potest: subinferre. Ne igitur prætexas, & exculationes affer: potes enim, si vis, mansuetus esse, & equus.**

5. Eadem interpretationi imaginis Dei in homine insistenti homin. 23. column. 7. ait, in eius imperio stare, ut imperet visibilibus omnibus, & passionibus suis, cui consonus Augustin. 1. de Genes. contra Manichæos, cap. 11. init. scribit, *salvo intellectu, quo manifestum est omnibus his animalibus hominem imperare, vnde tamen intelligitur etiam spiritualiter: ut omnes affectiones, & motus animi, quos habemus istis animalibus similes, subditos haberemus, & eorum dominemur.* Damascen. de duabus Christi voluntat. post med. nostrum animam ab Angelo discriminat, quia non Angelo, sed animo datum est. *Vinificare, liberareque suo arbitrio, id est voluntate, movere, ac impellere corpus, appetitumque rationis expertum, ut inquit, ut cupiditatem, & eum, qui habet impetum sui motum; naturalique imperio corpori, in quo est, ut seruo sui à natura dato præfesse. Itaque magis ad Dei simulacrum homo effectus est, quam Angelus.* Angelo enim non est à natura servus datus, nec dominatus. Hoc verò hominis in suos actus dominium, & potestatem ex imperio ei in cuncta corporea dato elegantè argumentò deducit, vel potius inclusam probat, profundus Tertullian. 2. contra Marcion. capite sexto, his verbis: *Oportebat imaginem, & similitudinem Dei liberi arbitrij, & sua potestatis insitui; dñm, quale erat, ut totius mundi possidens homo, non in primis animi sui possessione regnaret: alioquin dominus, sui famulus.* In idem ex eodem loco argumentum contra eundem Marcionem cecinit, vel potius tenuit, Prudentius in sua Hamartigeg.

Ad, cum te Dominum cunctis, quacumque creata, præficeret: mundumque tuis servare iuberet. Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tom. 1.

Imperij; eumque arca, polum, mare, flumina, ventos.

Dederet: arbitrium de te tibi dedere anarum Nollet, ut indigno, libertatemque negaret? Quale erat electus, magni Rex orbis, ut esset, Non Rex ipse sui, cuncto fadatus honore?

Denique Basilii citata hom. 10. exhamer. multo ante med. Postquam imaginem Dei, & vniuersale orbis imperium in homine positum dixit: in assente rationis copia, qua coarctentem intemperiem vitiosarum affectionum supprimeret, & moderaretur: docet nos eis prauis affectionibus, in quas imperium nobis datum est, misere seruire, sicut te, inquit, & iussit Deus: in creaturis principem locum tenere: & eccetanti principatus natura delati dignitatem à te excutis, ac resellit.

6. Neque verò ad rem præsentem mysterio vacat paradisi, in quo (Dei per arbitrium, & imperium imago) homo collocatus à Deo fuit, situs, in terræ scilicet medio, ut Patres docent, & ratio suadet: in medio quippe orbis, cui præerat statuenda euria hominis fuit. Eo quippe hominis in medio terræ loco medium, quod inter extrema eius arbitrium, liberæque potestas tenet, aptissime significatum recognoscit Philoxenus Episcopus Mabugens. sermon. de contempl. arbor. vitæ cuius hæc, inter alia, refert, & laudat Moses Barcephas, Episcopus Syrus comment. de paradiso parte 1. capite 8. à medio, *Quippe qualis erat conditio, compositioneque hominis, talem oportebat esse locum, in quo erat ille ponendus: illa verò eius erat modi, ut in hominis esset posita arbitrio, & boni, & mali electio. Tam verò, qui sic habet, is inter utrumque medius est: nec ex bono totus, nec rursus totus ex malo constans: sed pro suo pote arbitrio ad utrumvis iuxta se habens.* Id ipsum è situ arboris scientiæ boni & mali arbitrij liberi symboli aptissimi, quæ in medio paradisi fuit Genes. 2. numero 9. his Eucherius in Genes. ostendit. Lignum scientiæ boni, & mali proprium voluntatis arbitrium: quod in medio est positum ad dignoscendum bonum & malum. Cum insuper lignum etiam vitæ Genes. 3. numero 3. in medio paradisi fuerit, & subinde ligno scientiæ boni, & mali viciniam, in quorum altero æternæ vitæ præmium, in altero verò æternæ mortis supplicium figurabatur: distantia autem localis difficultatem, propinquitas verò facilitatem ab vno in alium locum declinandi in scriptura significet Deuter. 30. & ad Roman. 10. nullo sane emblemate aptiori hominis in medio paradisi, & prope utramque arborum collocati ad pænam, præmiumve sibi pro libito parandam absoluta, & expedita potestas, & liberi arbitrij facultas, imò & facilitas potuit significari.

CERTAMEN III.

Ex Ecclesiastici capite decimo quinto eadem præfinitiones absolute futurorum absolute contingentium apertius reselluntur.

1. Secundus (efficacia verò ad rem præsentem conuincendam primus) locus est ex capite 15. Eccles. ubi de hac hominis creatione, atque in suo arbitrij, & libertatis iure, & potestate constitutione hæc habentur. Deus ab initio constituit hominem, in manu consilij sui: adiecit mandata, & præcepta sua. Si volueris mandata seruare, conservabunt te, & in perpetuum fidem placitam facere. Apposuit tibi ignem, & aquam: ad quod volueris porrigere manum tuam. Ante hominem vita, & mors, bonum, & malum: Ddd co

2. Sed *consilij sui*, in cuius manu relictus dicitur, consiliariusque homo, indifferenter ad verumque, neque ad vnum autem, quoquo modo, determinatam & vix se loquitur, necessitatem voluntatis nostrae potestatem aperit ostendunt. Consilium quippe, quod in rationem pro utraque parte inquisitione, vt altera tandem eligatur consilij, determinationi antecedenti curae ad alteram ex illis contradicit. Hinc Arist. I. Rhetoricæ, capite quarto, *Consiliarius: non consilij de omnibus rebus, sed de his, quæ possunt fieri, & non fieri, & quorum origo in nobis est.* Et 3. Ethicæ, capite tertio, *Consilium esse, ait, de his rebus agendis, quæ in nostra sunt potestate, quod sufficienti cautelarum enumeratione statim probat. Causæ namque videntur esse*

[illegible]

contra 9. conclusionem, & scholastici reliqui.

3. Id ipsum ex verbis sequentibus. *Adiecit præcepta. & mandata sua: efficaciter probatur: siue præcepta strictè, siue late pro doctrina, consilio, exhortatione, ob quæ Magistri præceptores dici solent, usurpentur.* Recte enim Augustinus, de grat. & lib. arbit. omnibus scripturæ præceptis, & monitis arbitrij nostri indifferentem ad vtrumvis, nec ad vnum antecedenter determinatam potestatem ostendi docet, & scilicet, de verbis Apostoli sub init. illud ad Ephes. 3. *Peto ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis, &c.* ita expendit. Si responderent: quid nos petis: quod in potestate non habemus: nunquid non viderentur sibi ipsum reddidisse responsum? Et tamen Apostolus, nisi fuerit esse in eis voluntatis propria confessionem, ubi, & ipsi, aliquid agerent, non diceret peto: & si diceret iubeo, nisi eos nosset adhibere posse ipsi suam voluntatem, sine causa hoc verbum de ore eius proderet, &c. quia ergo voluntatis habetis arbitrium adimplendum, quod peto: quia verò vobis voluntatis non sufficit arbitrium adimplendum, quod peto. Huius rei gratia siccio genia mea ad Patrem Domini mei Iesu Christi, ut det vobis virtute corroborari, hancus 4. aduersus hæresim. capite 72. circa med. Si igitur non in nobis esset facere hæc, aut non facere, quam causam habebat Apostolus, & multo prius ipse Dominus, consilium dare quadam quidem facere, à quibusdam verò abstinere: quam ipsam ad obediendum, vel secus potestatem ad quævis præcepta supponi docet Tertullianus, 2. aduersus Marcionem capite quinto, Non enim poneretur lex ei, qui non habet obsequium debitum in sua potestate. Petrus Apostolus apud Clemen. Roman. 3. recognovit pag. 3. in id Matth. 6. *Querite primum Regnum Dei, &c. dixit: Præceptis, ut voluntatem eius, iustitiamque perquirent: sciens, quia in hominum arbitrio possum est, ut hoc quærentes inueniant, & faciant.* Clemen. Alexan. 7. Strom. vers. medend. Præcepta homo accepit, ut ex se non moreretur, & incitari possit ad vtrum velit, Damascenus, 1. fide capite vigesimo sexto, Nostræ voluntati contingentia, & arbitrij potestati recensens concludit. Et omnino ea, quæ sequuntur laus, & vituperatio, & in quibus prævaricatio cadit, & lex, in nobis esse, Nazian. de Christi nativitate, circa med. *Adamo præceptum, quasi materiam liberi arbitrij, (quod parum in vtrunque partem motum habere aiebat, sicut orat. 1. seu apologet. colum. 8.) pergitur Deus, orat. 42. in pasch. prope fin. Mandatum accepimus, ut eo seruato gloriam assequeremur.* Non quod Deus id, quod futurum erat, ignoraret, sed, quod arbitrij libertatem lege sanciret, vel, ut in commento Nicetas, sed, ut arbitrij libertatem, quasi lata lege promoueret Moyl. Barceph. Episcop. Syrus 3. par. comment. de parad. cap. 2. tit. 1. Biblioth. Ad hoc data lege corripere reddidit Deus Adamum, & reliquos homines ratione præditos se arbitrij libertate ipsos donasse, dum cederet: quia freti possent, vel obseruare, vel transgredire legem præscriptam. Et sine. Leges nobis dedit, seu liberi, & libero arbitrio prædixit, ut, quod libere, id ageremus. Nos verò pro sua quisque libertate erga leges, aut frangendo, aut obseruando eas usque perimus.

4. Sed, & quæ proximè succedunt haud debilius interueniunt. Si volueris mandata seruare, conferantur te. Quibus pactum Dei de reddendo nobis vitæ æternæ præmio, si præcepta seruaueris (de quo Genes. 4. Nonne si bene egeris (siue ut statim in scribis peccatum tuum adierit & sub te erit) Et quidem præter potestatem, & dominium nostrum nostras actiones à postremis verbis datis ex Genes. 4. recognouit à Patribus apud Ruiz d. 59. section. 2. tamque, & illusorium erit, si in potestate nostra non sit omnino absoluta, & expedita, vel præcepta obseruare, vel transgredi, & non obseruare illa, quin antecedens Dei præfinitio, vllave necessitas, & deter-

Christoph. de Ortega, de Deo Vno, Tomus I.

minatio ad partem alteram requiratur. Cum autem pactum hoc Dei, & similia conditionata sub conditione ab homine apponenda sapius in scriptura occurrant Exod. 19. Deuteronomio, 29. & 30. Ioann. 8. 10. 12. Apocalyp. 3. circa fin. Paralip. 15. Psalm. 80. 84. & 131. ea omnia, & plura similia loca vana, & illusoria ex antecedenti quavis necessitate, & præfinitione nostrarum actionum reddentur. Probatur assumptum: quia, si ad actiones nostras præfinitio eorum, quodvis aliud alteram partem antecedenter determinans principium requiratur, pactum quodvis Dei de aliquo præstando sub conditione alicuius nostræ actionis habebitur à Deo, vel sub conditione actionis à nobis præstandæ ex suppositione præfinitionis, similive alterius antecedenter necessitantis, & determinantis illam: vel ex suppositione negationis præfinitionis, &c. Si primum: conditio est necessarii euentus: ac proinde pactum illusorie conditionatum est, neque vera solummodo absolutum: ut de omni pacto, licet sonentus conditionato, cui tamen conditio necessaria apponitur, statum definitumque merito est l. si pupillus 9. §. qui sub conditione, ff. de nouationib. l. impossibilis 7. ff. de verb. obligat. Si autem dicas secundum: cum ex suppositione negationis præfinitionis, & similibus prærequisitorum determinantium antecedenter iuxta aduersariorum doctrinam, ad obseruationem præceptorum, vel quempiam alium nostrum actum sit, hic impossibilis fiet plane & pactum esse profusum nullum illusoriumque, ubi de omnibus pactis conditionatis de conditione impossibili à pacifice cognita (ut in præfinitio à Deo cognoscitur) decernitur citata l. impossibilis 7. illis verbis: cum nihil agi existiment apposta ea conditione, quam sciunt esse impossibilem. l. Non solum 30. ff. de act. & oblig. §. impossibilis, Inst. de iur. stipul. Nec dici potest, pactum esse, si præfinitio, aut prædeterminatio obseruationem, dabo vobis vitam æternam. Sic enim Deus nihil nobis cum pacificatur: sed pure enuntiat, quid ipse independentè à nostris liberis voluntatibus facturus sit: cum tamen eis locis Deus nobis cum sub conditione liberæ nostræ obseruationis expressè pacificatur. Si autem dicas, conditionem esse constata ex præfinitione, & obseruatione viget vtrique difficultas: est quippe pactum quatenus ex parte nostra est necessaria conditionis, scilicet si præfinitio obseruationem, & obseruaueris, quod postremum solum ex parte nostra est, atque ex præfinitione necessaria. Quare sola præfinitio, quæ altera pars hypotheseos, libera est, atque adeo pacto conditionali apta, Dei pacificentis est: subindeque ad pactum Dei conditionatum nobis cum inepta. Nec tandem præstat in eo pacto ex parte conditionis, si seruaueris, abstrahi à præfinitione, vel eius negatione. Cum enim de obseruatione, vel transgressionem exercite in rebus apponenda sit sermo, neque altera absque præfinitione, altera verò absque eius, ut minimum negatione, poni exercite iuxta aduersarios queat: etsi voces pacti illam non sonent, tamen illam, sicut & concursum generalem Dei supponunt: quia absque illis poni exercite nequeunt, imo neque à voluntate præcise sumpta sunt, quoad positionem, ponibiles.

5. Simile argumentum continent illa Isaia 1. si volueritis, & audieritis me bona terra comedetis. Quod si nolueritis, gladius vos deuorabit. In eis quippe simile Dei cum Israelitis pactum habetur. Inde Chrysostomus, sermon. in ea verba nostram ad vtrumvis indifferentem absolutam, neque ad alterum determinatam à Deo potestatem sic colligit: si velle, aut nolle nostrum non esset: Hoc est, si viuendi recte an secus libertas adempta nobis fuisset: nec bonus unquam cæleste munus digne perciperet, nec malus supplicium competens inueniret: sed totum Deo deputaretur authori: qui alios impingeret in contemptum; forinaret alios in obsequium. Et ibi optionem alterutrum eligendi nobis factam ait: ut iudicio hominum Dei iudicium celebretur. Eodem item loco in 1. Corinth. 4. homil. 14. ante morale, & sermon. 2. de fato, seu prouid. circa med. optionem & potestatem

leditionem. Benedictionem; si obdieritis, &c. Maledictionem, si non obdieritis, quæ cum his Ecclesiastici ad institutum præfens adducit Analtal. Nizem. qu. 59. in scripturam sub init. Deuter. 30. considera, quod hodie propserim in conspectu tuo vitam &c. bonum: &c. de contra-rio mortem, &c. malum. Ad quæ Philo Alex. fragmento libri allegor. apud Turrian. lib. 4. pro epistolis Pontific. post med. Beata res est, quod cum utrumque Anchor præfuerit, quod melius est anima potest suscipere. Beatus autem est, quod non ipsa ex se (gratiæ auxilio nempe destituta) eligat; sed author eam adducat, & meliorem faciat: quia tunc gratia non solum excitat, & tribuit posse, sed operatur in nobis, & cooperatur nobiscum; & mali infelicitate libertatem morali æstimatione devolvens: ac proinde Deo, tanquam illum in eo auxilio, quo nostræ præcærit libertatis vsum, moraliter danti, & principaliori auctori tribuitur. Quod si absque libera nostra determinatione ex gratiæ præfinitione, & prædeterminatione necessariò actum bonum nobis auctor daret, quomodo nos meliores faceret actu, qui nobis honestus, & laudabilis non erat? Hierem. 21. Ecce ego de coram vobis viam vitam, &c. viam mortis. Qui habitavit in urbe hac morietur, &c. qui autem transfugerit ad Chaldaeos vivet. Utque potestatem absolutam in vultetam Ægyptum Iosephum Genes. 41. à se factam Pharaon Patri Iosephi, & fratribus, iam Ægypti incolis, iterum declararet cap. 47. ita illum affatur. Terra Ægypti in conspectu tuo est. Ad quæ Lyra, Ac si diceret, ubique placuerit tibi fac eos habitare. Sic etiam, ut refert Hierem. 40. ad Iosephum eundem iam carcere, & carnis solum militiæ princeps aiebat. Si placet tibi, ut vivas tecum in Babylone veni, &c. Si autem displicet tibi venire tecum in Babylone, reside. Ecce omnis terra in conspectu tuo est, quæ elegeris, & quo placuerit tibi, ut vivas, illuc perge: eidem absolute potestati eligendi pro libito similes aliar scripturæ locutiones inferuntur scilicet: quod bonum videtur, vel est in oculis, in conspectu tuo hoc facito, ut frequenter apud libros præfatum Regum habetur lib. 1. cap. 3. n. 18. lib. 2. cap. 10. num. 12. cap. 15. num. 16. ac pluries, & Zachariae 11. Si bonum est in oculis vestris, auferite mercedem meam: si non quiescit. Ad quæ Hieron. si vobis placet: hominem istum: semel libero arbitrio vos creavi.

8. Enostia insuper deliberatione, quæ omnem nostram perfectam, plenamque electionem præcedit, similitudo pro nostra absoluta, & plena eligendi, vel non eligendi potestate ducitur argumentum. Deliberatio siquidem non est, nisi eorum, quæ sunt in deliberantis potestate. Affertur verò hominum deliberandi plena, & absoluta potestas, cum recitatis verbis de consultatione, & electione, tum 2. Reg. 24. Trium tibi datur optio. elige enim, quod volueris, ut faciam tibi. & Statim. Nunc ergo vide, & delibera, quem respondeam ei, qui me misit, sermonem. Euseb. Cesar. 6. præpar. euang. cap. 7. sine aut, solum de his, quæ agere possumus, (potestate etiam indifferenti ad non agendum, cap. 6. & 7. præmissa) deliberationem præcedere. Estque Philosopherum, & Theologorum, lumine naturæ nota etiam doctrina Arist. inde illam probat 1. Rethoric. cap. 4. quia consultatio, sine qua deliberatio esse nequit, eorum, quæ fieri, & non fieri in nostra potestate sunt, omnino est, & subdit. Ad hoc utque deliberamus, quousque possumus ne, aut non possimus agere invenimus. & 5. Ethicor. cap. 8. ea cum electione agimus, quæ antecessit deliberatio: ea sine electione nostra fieri, quod in nostra potestate non sit facere, vel non facere docuit locis pluribus supra citatis sicuti 5. Thom. de materia omni consultationis, & electionis nostræ eius doctrinæ insistent docebat, ut viam, & cum eo, & Magistro Theologi reliqui. De materia verò deliberationis sic fatuit 1. 2. quæstione 1. articulo primo, corp. Homo est Dominus suorum actuum per rationem, & voluntatem. Illa ergo actiones proprie humana dicuntur, quæ ex voluntate deliberata in suos actus, quia ex eius deliberatione procedunt. Quæ doctrina consonat Magistro in 2. d. 25. quem etiam sequitur 5. Bonaven. ibi p. 2. art. vn. quæst. 2. corp. Ricar.

art. 3. quæst. 2. & scholastici reliqui afferentes, deliberationem de re deliberanti necessariam, aut impossibilibi esse non posse, sed solum de ita ipsi contingentibus, ut fieri ab illo, vel non fieri omnino queant: quare, cum præfinitio Thomistarum recentium, omnem vsum libertatis nostræ antecedens, atque ab illo independens sit, actumque præfinitum necessarium, & ex antecedenti necessitate à voluntate apponendum faciat, & non præfinitum impossibilem, etiam antecedenter, ex defectu principij essentialiter ad omnem nostrum actum requisiti, actibus & singulis testimoniis ecclesiastici hæcenus à nobis perpenis præfatas præfinitiones excludi perspicuum est. Id quod cum Lutherus, Calvinus, & affectu viderent, tam locum Geneseos, quam hunc ecclesiastici (qui gestorum in hominis creatione, historia est) de primo homine in statu innocentie originalis intentum evincere, atque adeo in eo præfinitionibus suis antecendentibus, omninoque ab vso liberi arbitrij independentibus locum cum integra & illa arbitrij libertate minime fuisse farentur, at vero nec de Adamo, nec de nobis in statu naturæ lapsæ (in quo per peccatum, & sibi, & nobis liberum ille arbitrium perdidit) nullatenus eis locis esse sermonem, Quod autem voluntatis nostræ libertas, seu liberum nostrum arbitrium fuerit peccato deperditum: nonnullis Patrum distortis à proprio sensu testimoniis probare contendunt.

9. Et vero, licet hæc hæreticorum damnata, & infelix solutio, se ipsa labascet, & corruat; ne tamen sua facilitate incautos aliquos catholicos se ducat ex Patribus, consiliis, & rationibus difficienda hic summam erit: atque ab impossitura Patres vindicandi: quia id prolixius præfiteri Beilam. 5. de grat. & lib. arbit. à c. 24. Soar prologom. 4. de grat. à cap. 7. Ruiz de Montoia d. 39. sect. 9. confutatur est error primo, quia ecclesiastici, etsi occasione historiarum primo conditi hominis in statu innocentie, ad præfentes, & futuros homines, (scilicet in statu naturæ lapsæ existentibus, & extirpatis) sermonem habebat: atque ad bonum liberi arbitrij sui vsum hortabatur: esset autem omnino ineptus sermo, & adhortatio iis, qui liberum arbitrium non haberent: quia aliquando illud eorum vetustissimus progenitor habuit: non secus ac si pauperimum Codrum hortetur, ut Atabi, qui decoxit demum, diuitiis vteretur. Secundo, quia subdit ecclesiastici omnes peccatores redarguens. Ne dicas per Deum abesse, quominus præcepta seruem. Non dicas ille me implanavit, impulit, ut caderem, ac decider. Ex libero autem arbitrio aliquandiu in Adamo, non proprio peccatoris male probaret, non Deum præfinitentem, sed peccatorem ipsum sui peccati causam libertate sua esse. Tertio: quia Patres omnes de nostri omnium libero arbitrio locum ecclesiastici intelligunt atque ex eo potestatem nostram ad operandum, vel non operandum deducunt: sicuti, & ex loco Genes. 1. Quarto, quia rationes causæ primæ, & subordinationis causæ secundæ ad illam, atque indigentie causæ de se indifferents determinatio aliquo, ut operetur æque, vel probant, vel non probant necessarias præfinitiones diuinas humanarum actionum in natura innocentis, atque lapsæ statu. Quinto quia Patres, ut dogma indubitatum doceant: liberum arbitrium peccato, nec perisse unquam, neque vquam perire. August. lib. 1. ad Bonifac. cap. 2. Quis nostrum dicit, quod primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? Eadem repetit ad verbum 1. contra duas epist. Pelagianor. addens. Nam liberum arbitrium usque adeo in peccatore non perit, ut per illud peccent homines: maxime &c. Greg. Nyssen. de Opific. hom. cap. 16. sine. Nihil inter hominem creatum in prima rerum fabricatione, & eum qui in extremo nascetur interest: a quali enim ratione imaginem Dei (quam in arbitrij libertate sitam dixerat) uterque gestat. Propter. 1. de vocat. gent. cap. 8. alias 3. Nec, quia spiritus Dei agitur, ideo se putet liberum arbitrium non habere: quod nec tunc perdidit, quando diabolo voluntate se dedit: à quo iudicium voluntatis depravatum est, non abiatum. Similia in eandem sententiam habet cap. 38. contra Collator. sine, & epist. de lib. arbit. pag. penult. Anselm. dialog. de lib. arbit. cap. 3. init. Licet peccato se subdidissent, libertatem tamen arbitrij in se naturalem in se interimere nequiverunt. Repetit sententiam

non est in nostra potestate, sed arbitrio Dei. Statuentis iocundabiliter a nobis, quibus, Dei ita statuentis independentem a nostra electione, & libertatis vii decretum potestate arbitrii nostri contradicere, docet ac subinde libertati. Cyril. Hierosol. Catechesi 7, in med. & fin. Non enim ex necessitate, sed voluntate in sanctam adoptionem devenimus, sub inferius. Quod voluntaria (perfecta, seu libera) etiam Ioann. dicitur, quicumque receperunt eum dedit eis potestatem, &c. Non enim ante fidem, sed ex fide, sponte filij Dei fieri, facti sunt. Ambros. 4. de fide cap. 4. sub init. quotidie Christum habere filios, ait: sed ex generatione, vel potius regeneratione, qua potestatis est, natura. Adoptio enim potestatis est: generatio proprietatis. Quod ipsa scriptura nos docuit: dicit enim Ioann. &c. didicimus itaque potestatis (nostri, quibus eam dedit) esse quod filios Dei nos fecit. S. Thom. in locum Ioann. hunc lect. 6. In datione gratia requiritur in homine ad iustificationem suam consensus per motum liberi arbitrii. Vnde, quia in potestate hominis est, ut consentiat, & non consentiat, dedit eis potestatem: per extimam propositionem, & internam motionem inquit. Hilari. de Trin. post init. ait, nostra esse potestatem, quia prescripti universis, Dei munere, non natura pignemini offerunt, voluntas primum consueatur. Gregor. Nyss. in vita Thaumaturgi sub init. Vna generis amplitudo est propinquitas cum Deo: qua non casu fortuito, ac tenuere cuique contingit, nec aliter: quam libera electione acquirit potest; quorumque enim receperunt, &c. Augustinus, 1. retractat. c. 22. sine in potestate hominis est mutare in melius voluntatem. Sed ea potestas nulla est, nisi a Deo deus: de quo dictum est: dedit eis potestatem, &c. Cum enim hoc sit in potestate, quod cum volumus, facimus: nihil tam in potestate, quam ipsa voluntas est: sed preparatur voluntas a Domino eo modo ergo dat potestatem, & 1. contra duas epist. Pelagiani, capit. 2. sine, quia est, quod ipse libero arbitrio vult bene vivendo tribuere potestatem: cum hac potestas non datur nisi gratia Dei per Iesum Christum Dominum nostrum: dicente Evangelio: quotquot autem, &c. capit. 3. med. Datur ergo potestas, ut filij Dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, ut credant in eum, qua potestas nisi datur a Deo, nulla esse potest, Chrysost. homil. 9. in Ioann. med. Theophylact. & Euthym. ad 1. Ioann. rogantur non fecisse, sed dedit eis potestatem filios Dei fieri dicitur Deus? Respondet Chrysost. Gratiam (adoptionis, de qua sermo) non temere, nec sine labore nostro in nos infundisse significatur: sed cum ipsi volumus, tum eam inquirimus in nostra enim potestate est filios Dei fieri. Euthym. illud fieri pro conferunt in Dei adoptione habita, cum Chrysost. ante data verba accipiunt ait. Ne per ignem perant gratiam, sed dedit eis potestatem, quo diligenter redantur, inferiusculi: ipsius Dei est dare potestatem: forum vero vici ei. Cui quoad conferendi potestatem datam consonat Theophylactus, & addit. Fortassis autem qui etiam hoc dixerit: quod multi recipiunt eum per fidem, per hoc, quod solum credunt, quales sunt, qui dicuntur Cathecumeni: nunciam autem facti sunt, filij Dei. Potestatem autem tunc cum filij Dei non sunt, nec aliqui eorum inquam fient) habent cum voluerint baptizari.

3. Hoc loco adeo irresistibiles, & independentes a libera nostra voluntate praefinitiones suas conuelli vidit Calvinus, ut dedit eis potestatem, per Papistatum corruptionem, & legi, & intelligi legendumque posse. Dedit eis filios Dei fieri: clamat, apud Stapler, in antidoto Euang. Ioann. 1. num. 12. Hunc enim locum (sunt Calvinus verba) pessime corruptum: quis intelligit optionem tantum (fortassis fecerunt) nobis dari: siquidem hoc beneficium vti libere potestatem ut fiant. Hinc ergo colligunt, nobis gratiam hanc solum offerri in arbitrio nostro esse eius fruendas, vel dno, & intellectu securus, firmiterque tenenda Catholicae dupliciter: canendumque, ne ita cum eius praefinitionibus nostrum actionem conueniant, ut eius loci tres vulgarem, vel animo, auerfati opus sit. Ioannis item 6. alia Christi Domini verba satis ad rem praesentem accommodata extant: Nunquid, & vos vultis abire: quae dicta Ciprian. recitandus quæst. 3. cert. 2. num. 3. ut nostra voluntatis esse ostenderet. Epist. 3. ad Cornel. sub init. aiebatiuxta Chrysost. Euthym. Theophylact. & Eumen. S. Thom. ibi lect. 8. & alios adeo indifferentem, & absolutam, acque expeditam remanendi, & abeundi facit discipulis potestatem, ut non solum absoluta, & simpliciter tali necessitate remanendi, sed & necessitate secundum quid ex verecundia, aut pudore solutam esse velit, ut ex ipsis quæst. 3. recitabimus. Sunt autem ad incrementum vigentiora, quæ eo capite sexto, Christus dominus adnectit. Nonne ego vos duodecim elegi: & unus ex vobis diabolus est? Ad quæ Cyril. Alexan. 4. in Ioann. capite 30. Sed rapuit unum auaritia decipulum Diabolus: liberum enim homo animal est, & potest, siue dextrum, siue sinistrum velit iter (virtutem dico, aut vitium) eligere. Chrysost. homil. 46. in Ioann. longe à med. ait: ex Iudæ, & similibus vocatorum perditione ostendi, vocatione nulla consentienti necessitatem vocationis imponi. Quam ob rem constat in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perdamur. Theophylactus ad ea verba monstrari docet Dei electionem, vim aut necessitatem nobis non inducere. Sed electio quidem fit à Deo, qui adhortatur nos ad bonum, & suam nobis imperit bonitatem, in mente autem nostra, & voluntate situm est saluari, & digno ad electionem ambulare, vel è diuerso. Euthym. ibidem in nullo mea adiutus electione (qua ad malum non est) vi potest liberum habens arbitrium ad virtutem, & vitium diabolus est: signat itaque in voluntate, ac electione hominis positum esse, ut saluetur, aut pereat. Etiam Dei electione supposita S. Thom. in eum locum lect. 8. circa fin. quia per hanc electionem non auferit arbitrii libertatem, neque auferit possibilitatem peccandi: sic dominus elegit Iudam non tamen malum tunc: neque tamen per electionem ablata est ei possibilitas peccandi. Porro, cum Dei electione, quæ Iudæ adfuit, potentia absoluta, & expedita & possibilitas, ut S. Thom. loquitur, non peccandi, & salutis consequenda proculdubio adfuerit: & tamen ita electus peccauerit, atque absolute ab Apostolatu defecerit, voluntatis, & libertatis suæ argumento ab actu ad potentiam affirmatio (quod efficacissimum est) aperte demonstratur. Ex quo etiam è Dei voluntaria, independenti abusu libertatis Iudæ, eumque antecedenti electione nullam eiusdem libertatis usum necessitatem permanendi, ac non peccandi necessitatem, peccandive ac discedendi impossibilitatem eius voluntati inductam, siue intrinsecus, siue extrinsecus esse, cum tamen fuerit ipsi plena ad utrumvis, atque absoluta potestas, quæ proinde decreto prædeterminatio ut non peccandi nõ adfuit, ad absolutam & expeditam potestatem non requiritur.

4. Quod ipsum argumentum ex pluribus alijs scripturæ locis instruitur: quibus potestas hominum faciendi, quæ de facto non fecerunt, sed eorum potius opposita expressè asseritur Eccl. 31. qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona eius in domino. Vbi obiter nota nullius bona stabilita, fixaque ante indifferentis potestatis, & libertatis suæ usum adhuc in domino fuisse: sed ambigua, fluxa, & lubrica: quod cum praefinitionis irresistibilis de bonis nostris necessitate minimè consistit: sed ad praesens argumentum sapienter ex hoc loco nos hortatur Bernardus de grat. & lib. arb. prope med. ut libertate nostra, siue utriusque partis potestate non abutamur. Et serm. 81. in Cant. circa med. Vi merito laudatur, non is tantum, qui potuit facere mala, & non fecit: sed, & qui potuit non facere bona, & fecit: ita malo non caret merito tam is, qui potuit non facere mala, & fecit, quam qui potuit facere bona, & non fecit. Eandem Ecclesiastici sententiam arbitrii sui exemplo, & viuida in lenio virtute declarauit veteris legis robustus, & senex Martyr Eleazarus 2. Machabeor. 6. sic in cruciatibus locutus. Tu scis, quia cum possem à morte liberari, duos corporis sustineo dolores. Geof. 31. Labam Iacobum generum fugientem allecitur. Nunc valet manus mea reddere tibi malum, quod tamen Dei monitu non reddidit. lib. 3. Reg. capite 3. Salomoni facta à Deo potestate petendi quid vellent, petenti autem sapientiam sic loquitur Deus. Quia postulasti verbum hoc, & non postulasti diuitias. Potuit autem generali illa facultate diuitias petere: quasi petere tunc

tem accomoda extant: Nunquid, & vos vultis abire: quæ dicta Ciprian. recitandus quæst. 3. cert. 2. num. 3. ut nostra voluntatis esse ostenderet. Epist. 3. ad Cornel. sub init. aiebatiuxta Chrysost. Euthym. Theophylact. & Eumen. S. Thom. ibi lect. 8. & alios adeo indifferentem, & absolutam, acque expeditam remanendi, & abeundi facit discipulis potestatem, ut non solum absoluta, & simpliciter tali necessitate remanendi, sed & necessitate secundum quid ex verecundia, aut pudore solutam esse velit, ut ex ipsis quæst. 3. recitabimus. Sunt autem ad incrementum vigentiora, quæ eo capite sexto, Christus dominus adnectit. Nonne ego vos duodecim elegi: & unus ex vobis diabolus est? Ad quæ Cyril. Alexan. 4. in Ioann. capite 30. Sed rapuit unum auaritia decipulum Diabolus: liberum enim homo animal est, & potest, siue dextrum, siue sinistrum velit iter (virtutem dico, aut vitium) eligere. Chrysost. homil. 46. in Ioann. longe à med. ait: ex Iudæ, & similibus vocatorum perditione ostendi, vocatione nulla consentienti necessitatem vocationis imponi. Quam ob rem constat in nostro esse arbitrio, an saluemur, an perdamur. Theophylactus ad ea verba monstrari docet Dei electionem, vim aut necessitatem nobis non inducere. Sed electio quidem fit à Deo, qui adhortatur nos ad bonum, & suam nobis imperit bonitatem, in mente autem nostra, & voluntate situm est saluari, & digno ad electionem ambulare, vel è diuerso. Euthym. ibidem in nullo mea adiutus electione (qua ad malum non est) vi potest liberum habens arbitrium ad virtutem, & vitium diabolus est: signat itaque in voluntate, ac electione hominis positum esse, ut saluetur, aut pereat. Etiam Dei electione supposita S. Thom. in eum locum lect. 8. circa fin. quia per hanc electionem non auferit arbitrii libertatem, neque auferit possibilitatem peccandi: sic dominus elegit Iudam non tamen malum tunc: neque tamen per electionem ablata est ei possibilitas peccandi. Porro, cum Dei electione, quæ Iudæ adfuit, potentia absoluta, & expedita & possibilitas, ut S. Thom. loquitur, non peccandi, & salutis consequenda proculdubio adfuerit: & tamen ita electus peccauerit, atque absolute ab Apostolatu defecerit, voluntatis, & libertatis suæ argumento ab actu ad potentiam affirmatio (quod efficacissimum est) aperte demonstratur. Ex quo etiam è Dei voluntaria, independenti abusu libertatis Iudæ, eumque antecedenti electione nullam eiusdem libertatis usum necessitatem permanendi, ac non peccandi necessitatem, peccandive ac discedendi impossibilitatem eius voluntati inductam, siue intrinsecus, siue extrinsecus esse, cum tamen fuerit ipsi plena ad utrumvis, atque absoluta potestas, quæ proinde decreto prædeterminatio ut non peccandi nõ adfuit, ad absolutam & expeditam potestatem non requiritur.

4. Quod ipsum argumentum ex pluribus alijs scripturæ locis instruitur: quibus potestas hominum faciendi, quæ de facto non fecerunt, sed eorum potius opposita expressè asseritur Eccl. 31. qui potuit transgredi, & non est transgressus, facere mala, & non fecit: ideo stabilita sunt bona eius in domino. Vbi obiter nota nullius bona stabilita, fixaque ante indifferentis potestatis, & libertatis suæ usum adhuc in domino fuisse: sed ambigua, fluxa, & lubrica: quod cum praefinitionis irresistibilis de bonis nostris necessitate minimè consistit: sed ad praesens argumentum sapienter ex hoc loco nos hortatur Bernardus de grat. & lib. arb. prope med. ut libertate nostra, siue utriusque partis potestate non abutamur. Et serm. 81. in Cant. circa med. Vi merito laudatur, non is tantum, qui potuit facere mala, & non fecit: sed, & qui potuit non facere bona, & fecit: ita malo non caret merito tam is, qui potuit non facere mala, & fecit, quam qui potuit facere bona, & non fecit. Eandem Ecclesiastici sententiam arbitrii sui exemplo, & viuida in lenio virtute declarauit veteris legis robustus, & senex Martyr Eleazarus 2. Machabeor. 6. sic in cruciatibus locutus. Tu scis, quia cum possem à morte liberari, duos corporis sustineo dolores. Geof. 31. Labam Iacobum generum fugientem allecitur. Nunc valet manus mea reddere tibi malum, quod tamen Dei monitu non reddidit. lib. 3. Reg. capite 3. Salomoni facta à Deo potestate petendi quid vellent, petenti autem sapientiam sic loquitur Deus. Quia postulasti verbum hoc, & non postulasti diuitias. Potuit autem generali illa facultate diuitias petere: quasi petere tunc

tunc, cum non petit, nequeat nihil in eis non petendis tanta laude, & premio egisset. Terrio. Potestas conuersionis & penitentia Tyriorum, sardoniorum, aliorumque plurium, quos sepe scriptura reprehendit, quod non eos penituerit: quia reprehensione immeriti omnino essent, si tunc, cum eos non penituit, penitere abolutum non posset. Quarto ad hoc argumentum faciunt, quæ de iuris potestate facti, seu agendi potestatem includit, vel supponit, ne inanis, & ridicula sit, ut patet, damnatis ad trices quibus, est naturalis iuris potestas sit, quia tamen eis, dum compediti, carenatique sunt physica facti potestas absoluta, & expedita ad fugam, capiendam non est, quod tunc non fugiant, laudi verum minime potest.

5. Sunt autem de hac iuris potestate lata 1. Corinth. 9. ubi Apostolus de se, ac Barnaba ait posse iuris potestatem (scilicet scilicet) & idolorum cultu de idololatriis, seu carnibus idolis sacrificatis comedere, de quo cap. 8. egerat: item uxorem habere, sicut alij Apostoli, & Zephaf. insuper fidelium, quibus prædicabant, elemosynis victitare, quia nihil eorum lege erat tunc prohibitum; & tamen subdit numer. 15. Ego autem nullo horum usus sum. Non autem scripsi hæc, ut ita sint in me. Bonum enim mihi magis mori, quam, ut gloriam meam quis euacuet. Quibus, dum de non vlu in domino gloriatur, ac non in se, potentiam physicam vtendi, cum non vrebatur, quo iure poterat asserit: alioqui de physice sibi impossibilis vlu abstinentia inaniter, vt dixi, in domino adhuc gloriaretur. Verò 6. dixerat Omnia mihi licentia sed non omnia expediunt, ubi similis potestatis iuris ad ea faciendæ, quæ, quia conuenientius erat, tunc omisit, potestatem physicam etiam suam ad illa proficetur. Deliberatio enim, & consultatio de alterius conuenientia maiori ad vtrumque, ni stolidi, & inepta sit, supponit potestatem: quare ex hoc loco physicam Apostoli ad ea, quibus abstinent potestatem absolutam deducunt Theophylact. ibi Iraneus 4. aduersus hæres. cap. 62. Insuper Actor. 5. Petrus ad Ananiam, & Saphiram. Non ne manens tibi manebat? venundatum in tua erat potestate: ad quæ Chrysost. homil. 12. col. 2. Neque vendere coegimus: neque pecuniam, postquam vendidisti, dare. Tu vero ex tua voluntate hoc fecisti. Cum iuris, & facti potestate posses non facere, cur igitur furatus es de sacris pecuniis? quod poteras facere non facere, & potestate iuris facere iam non poteras. Huc aduoca totum c. 30. ubi Paterfamilias vxoris, & filiarum audiens, nec contradicens, vota rata habere censetur. Ea vero quæ nesciuit eius arbitrio, vt probentur; aut reprobentur omnino permittuntur: ac proinde cum eorum votis non contradicit, tam physica, quam iuris potestas in Paterfamilias contradicendi asseritur. Denique Tobia 1. Salmanaasar Tobia dedit potestatem, quocumque facere voluisset. Nulla vero alia ratione Rex potestatem dedit, nisi non ligando ciuiliiter prohibitionem, quam Tobias habebat quoquo pro arbitratu suo eundi physicam potestatem.

6. Ex vlu strictæ, ac propriæ, nec solum pro cuiusvis facultatis operatione, accepto, quem nobis scriptura tribuit eadem indifferens ad vtrumvis, neque ad alterum ligata, & antecedenter determinata arbitrij nostri potestas exprimitur Genes. 6. vt Abraham sanæ faceret ancillæ puniendæ, à timore etiam, expeditam facultatem ait. Ecce ancilla in manu tua est: vtare ea, vt vult 1. Corinth. 7. seruus vocatus es non sit tibi cura. Sed, etsi possis fieri liber, magis vtare. Rutus, qui vtritur hoc mundo, tunc tam non vtratur: cap. 9. sed non vti sumus hac potestate. 1. ad Timoth. 1. Scimus, quia bona est lex: si quis ea legitime vtratur. 2. Corinth. 3. Habentes igitur talem spem magna fiducia vtrimur. Sap. 7. Infinitus thesaurus est hominibus: quo, qui vti sunt. Eccles. 13. vtare, quia si homo frugi, hisque apponantur tibi: vt autem proprie dictum ex scholasticis omnibus ab August. edoctis 10. de Trinit. cap. 11. est assumere aliquid in facultatem voluntatis ad finem. Id quod, nisi à libere, & ex potestate indifferente, nec ad vnum determinata, fieri nequit. Vnde idem August. quæst. 30. ex octoginta tribus modis, ait, vti aliquæ non posse, nisi animalis quod ratio-

nis est participi: scire namque, quo quidquam referendum sit, non datur rationis expertibus: sed neque ipsa rationalibus stultis. Et S. Thom. his consonans 1. 2. q. 16. art. 1. corp. init. ait: vsum rei alicuius importare applicationem rei illius ad aliquam operationem. Vnde, & operatio, ad quam applicamus rem aliquam dicitur vsum eius, & art. 2. corp. init. reperit: vti est applicare aliquid principium actionis ad actionem: sicut consentire est applicare motum appetituum ad aliquid appetendum. Sicut igitur vlu in actu voluntatis diuerso ab electione, siue in electione ipsa, siue in rei per electionem, quouis gradu, ad finem ordinatæ operatione consistat: necessario ad vsum electio voluntatis, & indifferens huius, ac non determinata potestas requiritur. Secundo. Hæc electio, quare applicata per ipsam ad operationem vtritur in aliquem finem, determinatio est, quæ essentialiter in determinationem, & indifferenciam potestatis nostræ supponit, ob inde S. Thom. citatus art. 1. ait. Vnde manifestum est, quod vti proximo, & principaliter est voluntatis, tanquam primo mouentis: rationis, tanquam dirigentis: sed aliarum potentiarum tanquam exequentium. Ecce primus ad vsum rerum motor, & determinator voluntatis nostræ, libetæque arbitrij nostri est: ac proinde Deus anterior, & prior vlu rerum præfinitor, & determinator iuxta S. Th. esse nequit: cum nihil primo prior in eodem genere, & linea esse possit. Similiter discurrit in 1. d. 1. quæst. 1. art. 1. corp. & ad 4. alferens potentias alias referre operationes ad finem executive solum, voluntatem vero intencit: ita vero, quod intendens se moueat, aut determinet ad illam intentionem. Alter enim intendens finem non refert proprie loquendo aliquid in finem intentionalem; sed ille ipse, qui illud determinauit ad talem intentionem. Hinc doctrinæ consentiant Albertus Magnus 1. part. quæst. 8. m. 2. docens facultatem vtendi debere esse promptam, & expeditam ad agendum, & non agendum. Duran. in 1. d. 1. quæst. 3. & 4. par. Bonau. ibi art. 1. quæst. 2. corp. & ad 2. & reliqui scholastici aiunt, vti esse applicare rei ad operationem cum domino, & potestate non applicandi illam præsertim, Capreol. ibi quæst. 2. art. 1. concl. 1. & 2. art. 2. & 3. conclusionib. & solutionib. argumentor. fultus Dezaqu. etiam 2. art. 3. tribus notabilib. primis & art. 4. S. Antonin. 1. par. tit. 4. cap. 11. init. & §. 1. Est denique expressa Patrum doctrina Damasc. dial. aduers. Manich. post med. in vobis scitum est vti his, quæ nobis diuino munere concessa sunt, Epiphani. hæres. 66. post epist. Marcelli pag. 3. Deus ob eximiam suam bonitatem omnes: & omnia vtilissima esse voluit: & sua bona omnibus proposuit: iuxta permissionem vero liberi arbitrij omnibus propria voluntate vti concedit: vt quisque voluerit faciat. Iustin. Mart. quæst. 46. ad gent. line. Mala vti arbitrij nostri est. Moles Barcephæ comment. de paradiso par. 3. capit. 2. ait: vsum, atque abusum in libero primorum parentum fuisse arbitrio positum: vt iam non ex ipsa arbore malum, sed ex arboris abusu existimandum sit.

7. Aliis etiam modis loquendi hanc arbitrij, & voluntatis liberæ indeterminatam de se potestatem ad vtrumvis scriptura significat. Primus est. Ponere aliquid in corde, eive cor apponere. Dauid Psalm. 12. exiliis entitative auxiliis suffultus, Deique consolationibus pene destitutus aiebat, vsque quo Domine obliuisceris me in finem? quousque auertis faciem tuam à me? quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem? Prouer. 24. Posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam. Eccles. 50. Beatus, qui in istis versatur locis: qui ponit illa in corde suo sapienter erit. Ezech. 14. Viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis: frequens est in eo capite phrasia. Actor. 1. Quare posuisti in corde tuo hanc rem. Secundus hinc æquiualens ad rem hanc modus loquendi scripaturæ frequens est. Cogitare in corde, siue cogitare, vel ponere in corde cogitationes. Eccles. 2. Cogitavi in corde meo, vt abstraherem à vino carnem meam: vt animam meam transferrem ad sapientiam: ubi etiam abstractio sui & translatio in aliud potestatem sui ad vtrumvis ostendit. Et Matth. 9. Vt quid cogitatis mala in cordibus vestris? Ponere autem vnum in alio, siue vnum alteri apponere, cui conexum de se non est, illius plane est qui poni, siue apponi hinc, siue in hoc vnum illud determinat.

terminat. Quocirca cum in corde suo ponere aliquid, &c. in eis locis dicitur, ipse se determinare potestatem suam libera, ac non determinari ab alio declaratur. Et quidem clarior hoc argumentum est in locis scripture, quibus homines, vel proponere aliquid, vel in corde proponere dicuntur Sap. 7. [Proposui pro luce habere illam.] cap. 8. [Proposui ergo hanc adducere mihi ad combibendum.] Daniel. 1. [Proposuit in corde suo ne pollueretur de mensa Regis, neque de vino potus eius.] Ad Roman. 1. [Sepe proposui venire ad vos.] Prologo Eccles. siue. [Qui secundum legem domini proposuerunt vitam agere.] Act. 1. [Horribatur omnes in proposito cordis manere in domino.] Proponere autem in corde, cordisve propositum circa ea tantum est, quæ sub nostram indifferenciam, neque determinatam potestatem cadunt, ut docet Augustinus, magnor. moral. c. 8. verbis hisce: [Propositum est eorum, quæ in nostra potestate sunt: & eorum, quæ nobis diuersam in getunt rationationem: hoc ne, an illud eligendum.] Subinfertur. [Est igitur propositum in eis, quæ sub actionem cadunt: & eis ipsis, in quibus nostrum sit agere, & non agere: ita, vel non ita.] Secundo: quia summa Dei prædestinandi hominibus, vel non prædestinandi libertas, acque absoluta potestas, nulla alia, quam *propositi*, voce aptius significari visa Apostolo fuit. Ad Roman. 4. [Secundum propositum gratiæ suæ cap. 8. [Illis, qui secundum propositum vocati sunt Sancti.] cap. 9. *Pro secundum electionem propositum Dei manent.* Quæ his etiam Apostoli verbis commemoratur S. Thom. [Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.] 2. ad Timoth. 1. [Non secundum opera nostra, sed secundum propositum suum, & gratiam.] Ad Ephes. 1. [Prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Iesum Christum in ipsum, secundum propositum gratiæ suæ.] Subinfertur. [Vt notum faceret sacramentum voluntatis suæ secundum beneplacitum eius, quod proposuit in eo.] Statim fere, [Prædestinavit secundum propositum eius, qui operatur secundum consilium voluntatis suæ:] ergo eis scripture locis, in quibus de nobis, *propositum*, *proponere*, absolute, seu in corde, seu voluntate asseritur, eius absoluta libertas, indifferenciam ad utrumque, neque ad alterum ligata, & determinata potestas affirmatur: integrum dedit discursum, Iustin. Mart. quæst. 9. ad Gent. verbis hisce. [Ad quæ propositum nostrum agit nos, propter ea aut coronamur, aut plechmur. Nam ad agendum dedit nobis vires; sed eas subiecit potestati propositi.] Et quorsum precor nostrum propositum agendi ea, quæ velimus, nolimus, de Dei prædicatione agenda à nobis sunt?

8. Secunda item Petri epist. cap. 1. pro indifferenti, neque ad vnum ligata arbitrii nostri potestate, ac subinde pro necessitate antecedentis diuinarum de nostris assensibus prædicationum excludendo, suppetunt plura. [Vos autem,] inquit, [curam omnem subincentes ministrare in fide vestra vitæ.] Ad quæ S. Thom. [Sub Deo principaliter operante inferentes, & ei cooperantes. In omnibus enim principalis auctoritas est gratiæ; secundaria liberi arbitrii.] Et sane cura nostra esset inanis, si aliter, quam prædicationem de nostra actionibus esset, agere, vel non agere non possemus. Inepa etiam ad hortationem esset, si cum sub illa curam essemus, non possemus absolute eam non subinferre. Pergit. *Hæc enim, si vobis adiungit, & superent.* S. Thom. *per consensum libertatis arbitrii.* Ambiguum, & dubium ob sui contingentiam, & libertatem, quæ particula si dubitativa satis exprimitur. Inepa enim in conditionali propria aliquid absolute necessarium pro conditione apponitur, ut supra dictum est. cert. 2. n. 4. *vergentius subdit Petrus. Quapropter fratres magis satagite, ut per bona opera certam vestram vocationem, & electionem faciatis.* Etenim, ut dixi de prædicatione, aut non prædicatione inanis esset nostra sollicitudo subinde Petri ad illam adhortatio. Maxime, cum ex prædicatione, quæ etiam sollicitudini nostræ necessaria est his asseritur, quæ possumus non fatagere: ex eius verò vocationis, & electionis infallibilitas nostra bona opera non possumus absolute tollere, supponat, non apparer, quomodo per nostra bona opera certam vocationem nostram, & electionem facere possumus. Et sane, ni ea in voluntate

Christoph. de Orrege, de Deo Vno, Tomus I.

nostra ad utrumque flexibilis potestas Dei electione, & vocatione reliquatur, sed illæ efficaces ab intrinseco necessario omnem nostrum actum præcedant. Incepta etiam erit illa ad Ephes. 4. obsecratio, & adhortatio, *ut digne ambuletis vocatione vestra;* Et ad Roman. 6. [Sicut exhibuistis membra vestra seruire immunditiæ, & iniquitati ad iniquitatem: ita nunc exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.] Ex quo proinde loco Cyrillus Hierosol. Catech. 4. de statu inter hominum, probat eum, *sui iuris esse: & per gratiam habere potestatem facere, quæ velit.* Sicuti & argumen. in eum locum. Item, & adhortationes plures scripture redduntur inanes, & ludricæ. Eccles. c. 6. *ut torquibus, vinculis, compedibus, & iugo pedes, collum, nosque ipsos subiiciamus sicuti & cap. vit. Collum vestrum subiicite iugo: & suscipiat anima vestra disciplinam.* In proximo enim est inuenire illam. Vbi nota, in proximo non facultatem modo, sed, & facilitatem inueniendi illam in omnibus, quare & in eis, qui illa, ne quaesierunt quidem, denotari. Et illud: *Tollite iugum meum super vos.* Et quoniam longissimum esset omnes fere Prophetarum, & sapientiales, noui, imo & veteris testamenti, libros similibus monitis, & exhortationibus, & consiliis plenos transcribere: eos omnes eis prædicationibus, & principiis necessariis efficacibus de se, atque abusus nostræ libertatis independentibus cassari, inanesque, & ludricos reddi. Item inepationes omnes peccatorum in scripture frequentes, ut Hierem. 1. *A saculo fregisti iugum: rupisti vincula: dixisti non seruiam.* Etenim iustissime ea omnia in diuinæ prædicationis, aut principij alterius requisiti antecedenter defectum possent impij refundere, eamque ad omnia sua vitia prompti esset cauari.

9. Adde loca, quibus per disunctionem particulas alterutrum disiunctum, licet non coniunctim utrumque, faciendi potestas arbitrii nostri declaratur. Idem habetur Matt. 6. simili illo: *Nemo potest duobus Dominis seruire:* quia ad utrumque coniunctum impos est homo. [Aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit, aut vnum sustinebit, & alterum contemnet.] Ecce potestatem ad utrumvis. Ad Roman. 6. [Quoniam cui exhibetis vos seruos ad obediendum, serui estis eius, cui obeditis, siue peccati ad mortem, siue obediuntis ad iusticiam.] Nota illud etiam, [cui exhibetis vos seruos. Ex nostra nimirum electione, & potestate non captiuantur nos alterius. Item 2. ad Timoth. 2. cum exemplo, vasorum è solo arbitrio Domini aliorum in contumeliam, aliorum in honorem summam Dei potestatem, & libertatem in vno præ aliis prædestinando explicuisset, subdit. *Si quis ergo se emundauerit ab istis, (enumeratis vitiis) erit vas in honorem sanctificationis.* Ad quæ Damasc. 4. de fide cap. 20. sub init. [Solus profecto ipse vniuersorum est Opifex: sed non ipse solus honorabilia, aut ignominiosa struit vasas: sed propria vniuersiusque voluntate, & delectu & hoc dilucidum est ex his, quæ Apostolus.] &c. Perspicuum autem, quod voluntarie purgatio fit. Si enim quis,] inquit, [expurgauerit seipsum, & remaneat: reciprocaque sequelæ conuersio respondet. Si non expurgauerit, erit vas in ignominiam.] Et dialogo contra Manichæos vers. fin. [Nam, cum ita conditi sumus, ut arbitrii libertas nobis insit, in nostra potestate situm est, ut vel nos ipsos, iustissimus quibulque vitiis expurgemus, vel iisdem inquinemus.] Chrysost. in id caput hom. 6. Statuta necessitate gratiæ ad quodvis pium opus sub init. discrimen hoc marginalium à nostris spiritalibus vasis obseruat ibi. [Nempe, neque fictile vas aureum fieri poterit: neque hoc in illius naturam conuerter. At verò hic magna huius mutationis, & migrationis facultas volenti datur.] Ad idem etiam institutum ostendendum faciunt plura scripture testimonia, quibus homines sese à fide, & gratia subtrahere, aut non subtrahere dicuntur. Renuere insuper vocationi, Deique sermones, & consilia abiicere, rejicere, repellere: quorum nihil de eis dici poterat, ni ea omnia ex arbitrii sui expedita ad utrumvis potestate, & libera absolute, per gratiam, & vocationem etiam præstarent. Ad Hebr. 10. fine: [Quod si subtraxerit se, à fide, non placebit animæ meæ. Nos autem non sumus subtractionis filij in perditionem, sed fidei, in acquisitionem animæ.] vbi S. Thom. lect. 4. prope fin. *Quia in potestate habentis fidem est ipsam perdere, vel seruare, c. 12. videte ne recusetis loquentem. Si enim illi non essent recusantes eum, qui super terram loquebatur:*

Ecc mltis

multo magis nos, qui de cælis loquentem nobis auertimus. 1. ad Timoth. 4. Noli negligere gratiam, quæ in te est. Proverb. 24. vocauis, & renuisti, &c. despectisti omne consilium meum, & increpationes meas neglexisti, & huiusmodi sexcenta alia.

CERTAMEN V.

*Parabolis, metaphoris, ac figuratis
scripturæ locutionibus, præsumptiones,
& reliqua principia antecedentia re-
quisita, & determinantia ad liberam
nostras actiones consulantur.*

PRO eodem arbitrii nostri ad utrumque, siue contrarietatis, siue contradictionis extremum expedita, atque ab omni antecedenti necessitate soluta, & absoluta potestate stant metaphorice parabolice, & figuratæ scripturæ locutiones. Psalm. 61. *Mendaces filij hominum in sterili*: quia ad leuiores affectus lance declinant. Nullo enim alio viuidius anceps in utramque partem arbitrii expedita potestas, quam statere emblemata; ponit ob oculos potuit. Accipe profundam Emphrasim Tertulliani. 2. aduersus Marcionem capit. 6. hoc alludens. *Ut ergo bonum iam suum haberet homo emancipatum sibi à Deo* (quasi nullum, præter nostrum) ius, & potestas, ad illud Deo in actiones nostras superfluit: sicut nec parenti in emancipati filij bona, & actiones ciuiles) ex institutione adscripta est illi, quasi libripens emancipati à Deo boni libertas, & potestas arbitrii. Clarius Cyril. Alexan. 8. contra Iulian. Ea metaphora rem explicuit. *Homo suorum ius suum momento in utraque fertur: in bonum inquam, & in malum.* Basil. ad eum vers. *Statere quædam est conditio apparatus, per quam veram naturam possis probe discernere: quam boni & mali eligendi arbitrium esse ait.* Et subinferius. *Quæ ad instituendam vitam eligenda veniunt per liberum arbitrium discernimus: quod & stateram nominauit: quod momentum æquale ad utramliber possit capere.* Et ad id. *ut sciat reprobari malum, &c.* Eadem metaphora rem explicans ait. [Nostræ quidem nature inclinatio ad utraque perque propendet: & quidem plerumque ad id, quod malum est, deflectit: subinde autem, & ad id vergit, quod bonum est: ut contingit in statera. Nunc quidem anima se demittente ad suscipiendas perturbationes, affectionum, nunc autem ex diuerso eadem malo se auocat, & conuertit ad id, quod melius est.]

2. Dico alia veritatis eiusdem emblemata affinita habet Iacobus cap. 3. suæ epistolæ, ubi de moderaute linguam ait. [Potest etiam frango circumducere corpus suum. Sic autem equis fræna in ora mittimus ad consentiendum nobis: & etiam, omne corpus illorum circumferimus: ecce, & naues, cum magnæ sint, & à ventis validis minentur circumferuntur à modico gubernaculo, ubi imperus dirigentis voluerit.] Frænum autem, & gubernaculum ad laxandæ, & contrahendas habenas, hucque, & illuc nauim, ac equum ad mouendos, amouendos, circumferendos, nisi ad eos omnes motus peragendos in eis venire sit expedita omnino facultas, inania profus; & inutilia instrumenta sunt: quare, ne & arbitrii nostri ad omnes suos, ac cæterarum potentiarum motus expedita sit, atque omnino absoluta potestas, inutilis erit. Ad hoc explicandum ea metaphora vtiuntur Didymus Alex. 1. 9. Biblior. in eum locum; in quem etiam glossa, & S. Thom. Innocent. Pap. epist. 26. ad Concil. Mileuitan. *Primum hominem, ita libertas ipsa decepit: ut dum indulgentius frænis eius vtitur, in præuicationem præsumptionis incurrit.* Quæ mutuati sunt Cælestius Pap. 1. epist. ad Episcopos Gall. Prosuper. contra Collator. c. 9. & 10. Petrus Diaconus de incarnat. & grat. Iesu Christi. Author de Eccles. degmat. cap. 32. apud August. Cyril. Alex. 9. in Ioann. cap. 10. prope med. *Rationali creatura liberam potestatem creator largitus est: & sua voluntas*

eis habenas cuique commisit: ut in eo sit, quidquid probauerit, eligere. Dialog. de adora. spirit. S. col. 6. datam homini ait animam peccato, & affectionibus superiorem, mutationis tamen quo velit capacem. Nam visum est rectum permittere illi suarum voluntatum gubernacula: & tribuere spontaneis motibus facere, quod placeret. Damasc. lib. de duab. Christ. volunt. med. *Appetitis, quæ rationi parerent, ac sui essent arbitrii, ut libere quasi frango daret omnem motum naturalem, eumque efflori legi subiciat.* Hæ metaphoræ breui coniunctæ sunt. Proverb. 28. *Aurum tuum, & argentum tuum confusa: & verbis tuis facito stateram, & frænas ori tuo rectos.* Vtrumque etiam coniunxit Cyril. Alex. recitatus cert. 2. n. 2. illis verbis. contra Iulian. sub fin. *Arripuit enim sua voluntatis habenas, & suorum in suum momento in utraque fertur.*

3. Id ipsum singularem metaphora Christus dominus explicuit, ita Ioann. ult. Petrum allocutus. *Cum es inuicem cingebas te, & ambulabas ubi volebas: cum autem seruieris extendes manus tuas: & alius cinget te, & ducet, quo tu non vis.* Primò enim cingebas te: cum discinctus neque, se cingere potest, ideo recte Sanch. Thom. ibi lect. 5. subiit. ea interpretatur. *Id est ab aliis quibus illicis, & superfluis cohibebas te: quasi tuo arbitrio non passus, quod ab aliquo cohiberis.* Secundo illud *ambulabas ubi volebas*, explicatus adhuc pro indifferenti arbitrii potestate est: Tercio aduersarius: *alius cinget te, & ducet, quo tu non vis*, nempe ad crucem, & mortem; quas, est à Tyranno oblatas libenter acceptauit; manuique vltro reus ad crucem, ut hic dicitur, extendit: quia tamen, vellet, noller, atque independentem à sui arbitrii libertate, solutaque potestate eas à Tyranno, & tortoribus passurus erat, nolle, seu non velle, illas absolute dicitur, sed de hoc loco iterum q. 3.

4. In super candem veritatem nos Christus Dominus docuit eis parabolis, quibus Dominus seruus suis bona ad negotiationem & administrationem tradidit; & potestas ab eis profectus etiam peregre, induitur: ut ostendat Deus totam gratiæ suæ, & potestatis ab ipso factæ negotiationem arbitrii nostri libertati, potestati, & indifferentiæ relinqui, ac si ipse de cætero nobis non adesset; imò à nobis abesset. Marth. 27. *Septa vinea cum torculari agricolis locata, peregre profectus dicitur.* Hieron. apud caten. S. Thom. [Non loci mutatione; nec enim Deus alicubi abesse potest, quo complentur omnia. Sed abire videtur à vinea, ut vinitoribus liberum operandi seruetur arbitrium.] Chrysof. & Euthym. patientiam, & longanimitatem Dei ostendit aiunt, quæ eos arbitrio abire permittit cap. 25. dispersis inter ceras talentis pro cuiusque facultate: *profectus est statim, ubi glossa. Non locum mutans, sed liberam esse operandi potestatem permittens, & suo arbitrio relinquens.* De vince locutione præfata. Marci 12. additur etiam. *Et peregre profectus est.* Beda in Caten. S. Thom. *Non loci mutatione, sed abire videtur à vinea, ut vinitoribus liberum operandi arbitrium derelinquat.* Lucas verò cap. 20. eandem parabolam referens ait. *Et ipse peregre fuit multis diebus.* Ad quæ Theophylact. *Dimisit illos progreßi arbitrio suo.* Ambros. apud Caten. S. Thom. *Ne propera videretur exactio. Nam, quo indulgentior libertas est, Marci excusabilior perniciacia.* Similis alia parabola est. Marci 13. *Sicut homo qui peregre profectus reliquit domum suam.* addit: *Et dedit seruis suis potestatem cuiusque suam.* operis: quo longinqua illa Domini protectione Domini potestatem seruus quilibet pro libito operandi significari ostenditur: sicut, & illis: *reliquit domum suam, ut vidimus supra, & illis: Et iunioris præcepit ut vigilaret, illis denique: Ne cum veniret repente inueniat vos dormientes:* quia vtiq; in potestate eorum erat vel dormire, vel vigilare. Quarta denique ad rem hanc parabola extat Luc. 15. de filio prodigo: qui habitis à patre bonis, quæ ipsum contingebat, quæst. Euangelicæ. q. 35. [Placuit animæ per liberum arbitrium ferre se cum velut quandam potestatem naturæ suæ, & deserere eam, à quo condita est, fidens de viribus suis, quas vires, eo consumit citius, quanto eum delectat, à quo datae sūt,] Item 34. de verbo domini. *Peruersi vultu imitari*

Deum: ut quomodo Deus non habet, à quo regatur, sic ipse vult sua potestate vii. vi. nullo regente viuat. Mirum verò, quæ singulari potestatem arbitrij ad vnumvis probant: presertim de Deo, quæ est ab eius voluntate prodigi spontanea discessio. Solumque obferuo eius à Patre Deo profectu, & decessione plenipotentiam arbitrij semel à Deo instructi in suas actiones, quasi nullatenus Deum ultra pertingerent, parabola hæc, sicuti, & reliquis, significari.

5. Succedant figuratæ ad rem eandem scripturæ locutiones. Prima est locorum, quibus particulis dubitativis de humanis loquitur actionibus futuris: quas, cum probet, & infallibiliter noverit, earum solum ex parte arbitrij nostri eas agendi, & non agendi contingentiæ, atque (ut sic loquar) ex parte actus primi dubitatis anceps significatur. Sunt autem loca Hierem. 5. *Forſitan pauperes sunt, & ſultis.* Hieronym. *Ut ex ambiguitate ſententiæ, & ſuſceptione verborum liberum hominis monſtraret arbitrium, quod, & illo Luca 20. de vinitoribus, Forſitan cum hæc videret, creberrime, confirmat. cap. 26. Noli ſubtrahere verbum, ſi forte audiant.* Hieron. *verbum ambiguum, forſitan, maiſtate domini conuenire non poteſt, ſi nullo loquitur aſſertu, ut liberum hominis ſeruet arbitrium.* Theodoret. poſt alia in eandem ſententiam, docet itaque per ea, quæ dicta ſunt, eos poſſe ſuſcipere morum mutationem. Euleb. de præparat. Euangel. lib. 6. c. 9. ſub med. *Equaliter vtrumque contingens à dictis eſſe eſſendi: non alterum neceſſario, ut nec in delinquentibus conuerſi: & non conuerſi poteſtas in ſe cap. 51. Si forte ſanctus.* Ezechiel 2. *Si forte audiant, eſi forte quiſciani:* quod præſata ſententia interpretantur Hieron. & Theodoret. ibi Chryſoſt. hom. 69. in Marth. col. 1. homil. 78. col. 5. Theophylact. in Luca 20. ſub init. recitandi 9. 3. in eandem ſententiam interpretantur illud Marth. 11. *Si in ſolemia facta ſuiſſent virtutes, quæ in te facta ſunt: forte manſiſſent, uſque in præſentem diem.* Hieron. recitatus quæſt. 1. S. Thom. Lyra, Hugo Cardinalis in ſuis comment. Abulenti 9. 52. in Marth. referens Remigium: & Dei de euentu illo conditionato certitudinem ex altero ex probationis illius membro. *Si in Tyro, & Sidone, (in quo ſine particula, forte, ſimilis aſſertus conditionatus euentus, Olim in eſſitio, & nere penitentiam egiſſent) acute probant: quia tamen, ſubdit, Conuerſi, vel non conuerſi pendebat ex libertate arbitrij, quæ non habet in ſe aliquid determinatum, ſed habet ſe libera ad vtrumlibet: dixit forte: ut non pateretur Dei cognitio rebus neceſſitate imponere, Genel. 3. Ne forte mittat manum ſuam, & ſumat, & Deuter. 2. 2. Ne forte moriatur in bello c. 3. 2. Ne forte ſubvertent hoſtes eorum. Exod. Ne forte peniteret eum, ſi oſiſſet aduerſum ſe bella conſurgere. Quia vero, & pene inſidio à culpa pendet, ut in hac admittenda arbitrij noſtra ſoluta proſit, & abſoluta poteſtas oſtendatur de penis à ſe inſigendis dubitativis etiam particulis ſæpe loquitur Deus. Malachiæ 4. *Ne forte veniam, & percutiam anathemate.* Oſeæ 2. *Ne forte exipiam eam nudam.* Ideo, eſt certa de fide vere penitentium remiſſio à Deo ſit, ſimili particula aſſertur Act. 2. *Si forte remittatur tibi hæc cogitatio,* quod ad rem præſentem notat Ambroſ. 2. de penit. cap. 5. ſub init. loel. 2. *Quia ſi ſiſconuerſatur, & ignoſcat Deus.* Iona 1. *Sarge, & iuſſa Deus tuum, ſi forte recogitet Deus de nobis.* Denique, ut res hæc clariùs innotefceret, non ſolum reſpectu voluntatis noſtræ actiones noſtræ contingentes in ſcriptura dicuntur ſed etiam hyperbolice reſpectu providentiæ diuinæ (cui tamen nihil creatum contingens eſſe poteſt) iuxta S. Thom. in 1. de malo, ac de ver. 17. & 1. p. q. 14. art. 13. Caietan ibi longe à med. §. *Quoad ſeruatam agitur, & ſcholasticos alios, Luca 21. Continuet autem vobis in teſtimonium.* Marth. 18. *Eſi continget, & imminuat eam.* Ioann. 5. *Ne tibi deterius aliquid contingat, & ſimilia plura.**

6. Dices particulam *forte* in ſcriptura reddere ſenſum potentiam tantum rei, quæ ſub illa fore aſſertur; non tamen ſine potentiam alicuius rei poſſibilitatem ad illud Ezechiel. 2. *Si forte audiant, Itonice, & tanquã aſſertum inſert.* Neſciebat ergo eos poſſe, aut non poſſe conuerſi: quia id *forte*, poſſibilitatis rei notam ſolum eſſe intelligitur etiam propter ad excerpta Genueſi. dub. 8, Chryſoſt. de Origene, de Deo Pao, Tomus I.

poſt med. videtur ſentire. Et Hieron. ad locum de Tyriis, & Sydon. Marth. 11. *Si Tyrii, & Sidon non poterunt agere penitentiam ad prædicationem ſaluatoris, ſignorumque miracula, non ſunt in culpa, quod non crediderunt.* Quasi illa particula *forte* ſolum poſſibilitatem penitentiae illorum, ſenſu videlicet potenciali, nihilque aliud ea oratione faceret ſignificari. Sed contra primo: quia ſenſus potentialis, Græcis, & Latinis Grammaticis, imo, & Partibus noſtris, poſſibilitatem quidem rei, ut futuritionem ſolummodo abſolutam eius, non autem conditionatam excludit, ad eos ſignificabat: quare & poſſibilitati, & conditionatæ rei futuritioni ſignificandis is ſenſus potentialis apud priſcos omnes inſeruebat: quia nomen ſtatim illum medium futuritionis conditionatæ rerum ſignificans, nondum notum, imo natum erat: quare, & ad eum ſignificandum penitentiae, aut non penitentiae ſtatim, poſſibilitatis voce, & potenciali ſenſu vti ſunt Ambroſius, Hieronym. & Proſper locis oppoſitis: cum conſtit ex dictis con. 2. eos conditionatam penitentiae Tyriorum futuritionem ſub conditione virtutum, & ſignorum Chriſti aſſeruiſſe ſecundo, adhuc admiſſo ſenſu potenciali pro ſola rei poſſibilitate, ex locis datis poteſtas indiſſerens, nec determinata, arbitrij noſtri ad illam, atque oppoſiti extremi poſſibilitatis demõſtratur. Si quidem ex locis Hierem. & Ezech. præſertim c. 51. *Si forte ſanctus.* Ecce de vinitoribus. *Forſitan verebuntur filium meum.* Sanctas Babylonis, & reuerentia vinitorum ex ſenſu tuo potenciali poſſibilis eis fuit: cum autem oppoſitum acciderit, ut dicitur ſtatim: *Curauimus Babylonem, & non eſt ſancta.* Et vinitores filium occiderunt, & populus Prophetas non audierit, ex eorum factis poteſtas ipſorum ad oppoſita euidenter euincitur.

7. Dices *forte*, & ſimilia aduerbia ſæpe apud Patres Homerum, Arift. & reliquos Philoſophos, & Poetas, imo & ſcripturam tantundem valere, atque *utique* Plal. 54. *Si inimicus meus male diſceſſet mihi, aſcendiſſem me forſitan* (utique) ab eo, Ioann. 5. *Si crederitis Moysi, crederitis forſitan & mihi* Ignatius Marth. epiſt. 3. ad Magnes poſt med. & Auguſt. 16. contra Fauſtum cap. 26. pro *forſitan* Legunt *utique*. Ioann. 4. *Tu forſitan petiſſes.* Theophylact. ſine *forſitan* lyg. Et ſententia Luca 20. *Forſitan verebuntur filium meum.* Omſio *Forſitan*. Marth. 21. & Marci 12. legitur tandem variis ſcripturæ locis eam Patres omittunt: quia nil ſimplici aſſertioni deroger; ſed potius ei aſſeruerationem addat, ut omittit Auguſt. proximo loco Ioann. 4. & Genel. 3. *Ne forte mittat manum lib. 11 de Genel. ad litteram c. 40.* Contra vero: quia in locis notatis impugnatione ſecunda ſolutionis primæ. Si particula *forte* alleuerationem addat ſimplici aſſertioni, imo ni ſimplicem aſſertionem minuat, falſæ illis contentæ propoſitiones erunt. Cum etiam in conditionatis earum purificata conditione, oppoſitum eius, quod ſub eis fore dicebatur, eueniret: ut in Babylonis ſanitate, & obedientia, & penitentia populi. Idcirco gloſſa ad locum Hierem. 51. Hieron. nomine, ſenſum eius potentialem ſanitatis futuræ, ſi ſanari vellent, ſolum eſſe ait, ut libera poteſtas arbitrij noſtri ad ſanandum eum ea medicina oſtenderetur. In ſententia vero de vinitoribus, quæ omſio *forſitan*, vel intellectu pro *utique*, eſt adhuc falſitas aſſerti planior. Eſt enim eo omſio abſoluta aſſertio, intellectu vero pro *utique*, etiam aſſerata de eo, cuius oppoſitum euenit, & ita eueniſſe rextus illico reſtat. Verum eſt Deum, ut oſtendat quam magnas vires, & poteſtatem ſuis auxiliis, & motiuis propoſitis nobis ad vitanda peccata faciat: quali ex eorum robore noſtro more vitanda abſolute peccata, bonaque abſolute agenda conſectaretur vitanda, illa, atque hæc agenda abſolute, Emphatice, aliquando prænunciare: Cum alias tamen dubitativa particula prænunciaret, vti in locis Marthæ, & Marci nobis oppoſitis contigit; in quibus particula *forſitan* à Luca appoſita myſterio omittitur: ſubintellecta, & ſubintelligenda autem, ut omnis erroris ſuſpicio à Dei ſcientia ablegetur, eis ipſis, quibus reticeretur, locis obſeruat à Hieronymo in c. 21. Marth. 7. & à Beda in cap. 12. Marci his verbis, *quod ait, verebuntur filium meum: non de ignorantia venit: qui enim neſciat Pater, familias, qui hoc loco Deus Pater intelligitur: ſed ſemper ambigere Deus dicitur (eis etiam locis) quia forſitan ſuppletur ut libera voluntas hominis reſeruetur.*

8. Huic, & aliam figuratam ſcripturæ locutionem Ecce 2. annexæ

9. Quinta figurata ad institutum præsens scripturæ locutio est, quia Deus nos, nostraque dicitur invenire Psal. 38. *Inveni David servum meum.* Act. 13. *Inveni David filium ejus virum secundum cor meum.* Matth. 8. *Non invenis tantam fidem in Israel.* c. 24. *Invenietis sic facientem:* Lucæ 12. *Invenietis vigilantem.* cap. 18. *Putas invenies fidem in terra?* Nihil enim inveniri ab aliquo dicitur, quod sine vlla contingencia, et casu ipsi occurrat. Potest autem illi casu, ut contingenter occurrere. Primum quia, etsi contingens in se non sit, sed naturale, ignorabatur tamen vbi esset, sique Genes. 26. *Servi Isaac veniunt*, dicentes, *invenimus aquam*, in quam, ignari antea incurrerunt. Hic autem occurrendi casus, et contingenter ea, quæ Deus invenire dicitur, in Deum omniscium, nulliusque rei, locive ignarum cadere nequit. Secundo potest invenum aliter casu, et contingenter occurrere: quia posita omni sua dispositione, et quantum ex parte sui determinationis ad illam appendum est, apposito: adhuc tamen aliter poterat evenire, quam evenit, atque evenisse deprehendim est: quia ab alio vltioris contingenter, et casu, ac non necessario adiuncto, vt ita eveniret, dependit. Hinc actus noster liberos, etsi contingentes sint nos invenire non dicimus: quia ab vltiori alterius determinatione, (seu contingenti adiunctione post nos voluntatis determinationem, haud quamquam pendens. Sed neque, quæ à liberis nostris actibus, antequæ et dispositione per illos aliquid, necessarium eveniunt, dicimus invenire: vt faber sellam, et statuum statuum; ni aliqui in eis, vltioris, et voluntatis suæ dispositionem, in in eis eveniat. Cum ergo nos, aut opera nostra invenire Deus primo modo ex nostri, aut eorum ignoracione dici nequeat: nec alius inveniendi casus, et contingenter respectu invenientis modis reliquis sit præter tunc secundum: oportet, vt posita eius voluntate, et prædestinationis dispositione de nostris operibus vltioris nostræ voluntatis, et potestatis indifferentis arbitrii nostri ad ipsa, eorumque opposita libera, et contingens determinatio expectanda sit, vt contingenter, et casu Dei voluntati, et prædestinationi suppositis adiungatur, vt ope-



Liceatne per Patres Thomistica nostro-
rum absolute contingentium
præfinitio?

CERTAMEN I.

Patres praesertim Graci stant pro arbitrij nostri indifferenti ad utrumvis potestate.

[illegible]